Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Inquiritur quid Xenophontis Lakedaimoni?n politeia valeat ad Lacedaemoniorum instituta cognoscenda

https://hdl.handle.net/1874/274801

A 192 22 April 1921

INQUIRITUR QUID XENOPHONTIS ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑ VALEAT AD LACEDAEMONIORUM INSTITUTA COGNOSCENDA.



W. A. KOSTEN.

INQUIRITUR QUID XENOPHONTIS ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑ VALEAT AD LACEDAEMONIORUM INSTITUTA COGNOSCENDA.

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK UTRECHT
3950 3903

Diss. Utrecht 1921.

INQUIRITUR QUID XENOPHONTIS ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑ VALEAT AD LACEDAEMONIORUM INSTITUTA COGNOSCENDA.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE,
QUOD EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI
W. VOGELSANG, DOCT. PHILOS. ET IN FAC. LITT. ET
PHIL. PROF. ORD., AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI
CONSENSU ET NOBILISSIMAE FACULTATIS LITTERARUM ET PHILOSOPHIAE DECRETO PRO GRADU DOCTORATUS SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

WILHELMINA ADRIANA KOSTEN,
E PAGO RILLAND-BATH

DIE XXII MENSIS APRILIS ANNI MCMXXI HORA IV P. M.

UNIVERSITEITS BIBLIOTHEEK UTRECHT

Diss. Utrecht 1921.

MIDDELBURG
APUD G. W. DEN BOER
1921

MIDDELBURG APUD G. W. DEN BOER.

Studiis academicis finem impositurae dulci officio mihi satisfaciendum est. Tu imprimis, clarissime Bolkestein, promotor honoratissime, laudibus gratibusque mihi venerandus es, qui hoc argumentum mihi commendavisti atque semper hoc in libello conficiendo occupatae Tua doctrina multiplici et consiliis egregiis mihi affuisti. Ex animi sententia Tibi gratias ago tam pro institutione praestantissima quam pro beneficiis identidem in me collatis.

Vobis, viri clarissimi J. C. Vollgraff †, Damsté, C. W. Vollgraff, Ovink, van Gelder, Schrijnen, Rutgers van der Loeff cum pro eruditione qua me imbuistis tum pro benevolentia quam per totum studiorum tempus erga me praestitistis gratissimum testificor animum. Tibi quoque, doctissime van Hoorn, cuius auxilio in huius libelli parte archaeologica frui mihi licuit, gratiam refero.

Magno gaudio mihi est, clarissime Obbink, quod hic libellus occasionem mihi obtulit propalam dicendi quantum Tibi debeam. Tot per annos studium meum excitavisti neque unquam Tua comitate mihi favere desiisti. Persuasum Tibi habeas me Tuam benignitatem semper memoria servaturam esse.

Denique Te, aestumatissime Snijders, memorare volo cuius scholas historicas semper libentissime recordabor.

PARENTIBUS CARISSIMIS

HUIUS LIBRI ARGUMENTUM.

p.

INTRODUCTIO . . . . . XIII—XV

CAPUT I.

De puellarum corporum educatione.

Cur Xenophon praedicaverit Lycurgum leges non alios imitando sed ceterarum urbium institutis contrarias dedisse . . . . . 1—3

Saeculo quinto exeunte et πάτριος πολιτεία et Spartanorum respublica tamquam pulcherrimae depinguntur . . . . . 3—6

De subolis procreatione . . . . . 6—7

Quantum alimenti matrum futurarum valetudini prosit. . . . 7—9

De virginum corporum motibus . . . . . 9—15

Lycurgus dicitur curavisse ne coniuges διάκοροι fierent. . . . 15—16

De aetate nuptiali praescripta . . . . . 16—18

Xenophonte auctore mulierum communitas quaedam apud Spartanos fuit. 18

Scriptores priores tales Spartanorum nuptiales usus haudquaquam tradiderunt . . . . . 18—20

Quid de mulierum communitate Athenienses in universum iudicaverint . . . . . 20—24

Quae vis ad Xenophontis opinionem valuerit . . . . . 24—25

Quae de Lacaenarum dote tradita sint . . . . . 25—26

CAPUT II.

De bonorum aequatione.

Lycurgus dicitur praescripsisse ut quisque pariter in ceterorum civium liberos atque in suos ipsius ius haberet. . . . . 26—28

Quibus bonis Spartani in promiscuo usi sint. . . . . 28—30

De capitis septimi genere dicendi rhetorico . . . . . 30—31

Inquiritur num Spartani aurum argentumque possidere vetiti sint.

1. Ante saeculum quartum huius interdicti vestigia non apparent 31—38

2. Saeculo quinto exeunte nonnulli Athenienses bonorum aequationem ut summum bonum laudaverunt . . . . . 38—45

3. Quomodo fieri possit ut theoretici illam bonorum aequationem Spartae perfectam cogitaverint . . . . . 45—47

CAPUT III.

De puerorum educatione.

p.

Saeculo quinto Atheniensibus educationis quaestio flagrans erat 48—50
Xenophon Spartanorum disciplinam neglegenter descripsit . . 50—51
De παιδονόμου munere . . . . . 51—53
Cur Lycurgus ἀνυποδησίαν instituerit . . . . . 53—55
Lycurgus dicitur praescripsisse ut pueri semper uno eodemque vestimento uterentur . . . . . 55—57
De puerorum nutrimento parco . . . . . 57—59
De pueris furantibus . . . . . 59—61
Quanta modestia adulescentes imbuantur . . . . . 61—63
De virtutis contentione . . . . . 63—65
De corpore exercendo . . . . . 65—66
De venationibus . . . . . 66—67

CAPUT IV.

De Deae Orthiae cultu.

Quid antiqui de hoc cultu iudicaverint . . . . . 69—71
Quas opiniones nostri aevi historici ostenderint . . . . . 71—73
Quid ea quae Spartae inventa sunt nos doceant. . . . . 73—76

CAPUT V.

De syssitiis.

De phiditiorum causis militaribus. . . . . 76—78
Scriptores posteriores causas morales attulerunt . . . . . 78—80
Quaeritur syssitiane alibi quoque valuerint . . . . . 80—81
Denuo eorum propositum militare apparet 81
Quanta alimenta Lycurgus in phiditiis praescripserit 82
Cur potionum non necessariarum finem fecerit 83
De corporum motibus 84

CAPUT VI.

De oboedientia.

Quantopere oboedientiae virtus Xenophonti placuerit 86
Omnes Athenienses πειθαρχίαν laudaverunt. . . . . 87—89
Graeci hanc oboedientiam civitatis fundamentum putaverunt. . 89
Magistratibus et legibus oboedientiam Lycurgus Spartanis iniunxit Apollinis Delphici auctoritate 90
De ephoratu. . . . . 90—92

CAPUT VII.

De virtute.

De virtutis commodis. . . . . 93—95
Quas poenas Lycurgus ignaviae proposuerit . . . . . 95—96

CAPUT VIII.

De gerusia.

p.

Quae testimonia nobis praesto sint . . . . . 97—99
Quid verba ἄεθλον ἀρετῆς velint. . . . . 99—100
Cur gerusia digna fuerit quae a Xenophonte celebraretur. . 101—102
De iudicio senibus in senatum legendis subeundo 102
Spartani dicuntur δημοσίᾳ virtutem exercere . . . . . 102—104
Quaeritur qui ὅμοιοι fuerint . . . . . 104—106
Cur Spartanorum leges παλαιόταται dicantur . . . . . 106—107

CAPUT IX.

De peregrinorum expulsionibus.

Quae alii scriptores de Xenelasia tradiderint . . . . . 108—112
Quid Xenophon ipse alibi de Spartanorum acerbitate commemoraverit. 112
Antiquitate peregrini Spartae diu morati sunt. 113
Quae theoreticorum vis ad Xenelasiam tradendam valuerit . 114—117

CAPUT X.

Quid ex monumentis Spartae effossis de Spartanorum institutis cognosci possit.

Quantopere vasa Spartana et Cyrenaea inter se similia sint . 119—120
Quo modo viri artis veteris studiosi hanc similitudinem explicaverint. . . . . 120—121
Qua via Orientis genus atque ars Spartam attigerit. . . . 121
Conclusio . . . . . 122—123

INTRODUCTIO.

Omnes qui in quaestionibus ad Spartanorum leges et instituta pertinentibus versantur atque unde orta sint quidque sibi velint explorant, statim incidunt in opusculum inter Xenophontis scripta minora traditum, quod Λακεδαιμονίων πολιτεία inscribitur. Hic enim libellus, quippe quo primo Spartanorum civitas institutaque consulto ac singillatim exponantur et tractentur, a multis rerum scriptoribus maximi semper aestimatus est. Accedit Xenophon auctor, quem Spartanorum mentem ingeniumque admiratum esse omnes sciunt eorumque vitae cotidianae peritum scientemque fuisse non sine causa autumant. [1]) Itaque primo certe conspectu hic libellus aptissimus videtur ex quo Spartanorum mores consuetudinesque cognoscere possimus. Nec mirum est eum in omnibus fere enchiridiis tamquam testem locupletissimum afferri [2]).

Quae cum ita sint operae pretium esse mihi videtur

---

1) Habben, De Xenophontis libello qui Λακεδαιμονίων Πολιτεία inscribitur p. 15: „ea, quae de moribus Lacedaemoniorum affert (sc. Xenophon), quoniam ab aequali et eo quidem, qui optime Spartam noverat, scripta sunt, maximi nobis aestimanda sunt."

2) Ut nonnulla exempla afferam, Grote, History of Greece II identidem hoc opusculo fonte usus est. Nec minus Beloch, Griech. Geschichte I. 1. p. 143 A. 1, Ed. Meyer G. d. A. II. § 211. Similiter Gilberto, Griech. Staatsaltertümer I p. 87 A. 2 hic libellus testimonio est, quo demonstret Spartanis interdictum fuisse ne opes possiderent. Busolt, Hdb. Iw. Müller IV. 1. passim, Schoemann-Lipsius, Griech. Altertümer I. p. 261 in capite cui titulus: „Die bürgerliche Zucht" saepissime hunc libellum testem adhibuerunt.

accuratius inquirere quid tandem hic libellus ad Spartanorum instituta cognoscenda valeat. Statim autem plurimae difficultates se offerunt. Etenim de hac re viri docti alii aliter iudicaverunt; primum multi critici exstiterunt, qui opusculum a Xenophonte ipso compositum esse negarent; deinde dissenserunt quanam aetate scriptum sit; postremo disputaverunt quo consilio in lucem editum sit. Attamen omnia, quae critici ac historici hodierni de huius libelli ingenuitate et aetate dixerunt, non enumerabo quoniam et in editionum praefationibus et alibi nonnumquam haec iudicia collata sunt. [1]) Quod ad propositum attinet quo compositus sit, fuerunt qui arbitrarentur hic imaginem civitatis, quam Xenophon sibi optimam perfectissimamque finxit („ideale staat"), depingi. [2]) Quod quatenus verum sit diiudicari tum demum poterit cum investigaverimus num ea quae hoc in libello de Sparta traduntur congruant cum veritate historica quam quidem novimus.

Iis autem, quae alii scriptores de Spartanorum institutis tradiderunt, sedulo comparatis satis luculenta indicia attulisse mihi videor e quibus efficere possimus hoc in libello haud raro res effingi quae a veritate discedunt. Praeterea semel atque iterum observabimus Spartanorum leges ac instituta non tantum omnibus vitiis et maculis exuta depingi sed etiam ea ratione ut Socratica quae dicuntur placita Spartae perfecta esse videantur. Quem libellum in earum civitatis perfectae descriptionum („utopieën") numerum referendum censeo quae „vorhandene Staaten und bestehende Einrichtungen der ihnen in Wirklichkeit anhaftenden Mängel entkleiden und in tadelloser Vortrefflichkeit darstellen, zu einem Idealtypus umbilden". [3])

---

1) cf. Dindorf in praefatione editionis cui titulus: Xenophontis opuscula politica, equestria, et venatica. Bazin, La république des Lacédémoniens de Xénophon p. 1—36, ubi „les opinions des critiques modernes" afferuntur. Busolt, Griech. Geschichte I² p. 513. Habben l. c. 5—9. Vide etiam quae Rühl et Marchant in editionum praefationibus scripserunt.

2) infra p. 118. A. 1.

3) Scharr, Xenophons Staats- und Gesellschaftsidealund seine Zeit p. 123.

Quae cum ita sint quaestionem sitne libellus a Xenophonte compositus haud multum valere profecto perspicuum est. Si quis enim a statu rerum oculis subiecto discedens consulto civitatis imaginem tamquam perfectam depingere velit, parum iam refert utrum eius leges ac instituta bene noverit necne. Ceteroqui me quidem iudice de Xenophonte auctore dubium esse vix potest. Identidem videbimus sententias et iudicia a scriptore prolata cum Xenophontis ingenio studiisque mirum quantum concinere.

De multis difficultatibus grammaticis quibus hic libellus redundat non agam nisi verba ad veritatem historicam cognoscendam valent.

CAPUT PRIMUM

DE PUELLARUM CORPORUM EDUCATIONE

In exordio libelli quem tractandum mihi proposui legimus: Ἀλλ' ἐγὼ ἐννοήσας ποτέ, ὡς ἡ Σπάρτη τῶν ὀλιγανθρωποτάτων πόλεων οὖσα δυνατωτάτη τε καὶ ὀνομαστοτάτη ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐφάνη, ἐθαύμασα, ὅτῳ ποτὲ τρόπῳ τοῦτ' ἐγένετο· ἐπεὶ μέντοι κατενόησα τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν Σπαρτιατῶν, οὐκέτι ἐθαύμαζον. Λυκοῦργον μέντοι τὸν θέντα αὐτοῖς τοὺς νόμους, οἷς πειθόμενοι εὐδαιμόνησαν, τοῦτον καὶ θαυμάζω καὶ εἰς τὰ ἔσχατα [μάλα] σοφὸν ἡγοῦμαι. ἐκεῖνος γὰρ οὐ μιμησάμενος τὰς ἄλλας πόλεις, ἀλλὰ καὶ ἐναντία γνοὺς ταῖς πλείσταις προέχουσαν εὐδαιμονίᾳ τὴν πατρίδα ἐπέδειξεν. [1])

Xenophonte igitur auctore Lycurgus, vir sapientissimus, Lacedaemoniorum rei publicae instituta et leges dedit quibus oboedientes felicitate usi sunt invenitque *οὐ μιμησάμενος τὰς ἄλλας πόλεις*. Quae verba longe ab Herodoti Thucydidisque opinionibus diversa primo certe conspectu nobis mira videntur. Etenim Herodotus contendit Lycurgum Cretensium instituta imitatum esse atque Thucydidem Spartanorum civitatem significantem odiose dixisse *χρώμεθα γὰρ πολιτείᾳ οὐ ζηλούσῃ τοὺς τῶν πέλας νόμους* perspicuum est. Attamen Xenophontem nequaquam commemorare Spartanorum instituta e Cretensium desumpta esse minime mirandum est. Saeculo enim quarto a. Ch. n. Delphis oriunda esse dicuntur, cum antea Spartani ipsi instituta naturalia neque artificiosa existimantes eam tantum ob causam e Creta allata esse ducerent quod ibi similia instituta valebant. Quae postea disciplinae labantis conti-

1) Xenophontis verba afferens editione usa sum Pierleonii.

nendae causa Delphis sancienda curaverunt.[1]) Ephorus et hanc et illam opinionem novit easque coniungit. Primum enim exponit Lacedaemonios Cretensium leges diligenter dilatavisse[2]) et paulo inferius legitur: εἶθ' ὁρμῆσαι διαθεῖναι τοὺς νόμους φοιτῶντα ὡς τὸν θεὸν τὸν ἐν Δελφοῖς.[3]) Apud Xenophontem autem ea discrepantia, quam indicavi, nondum expolita est neque evanuit; qui cum Spartanorum leges Delphis sanctas esse tradat,[4]) facile intelligitur cur de Cretensium institutorum imitatione nihil commemoret.

Attamen aliae quoque causae inquirendae sunt cur non solum de imitatione omnino taceat, sed quotienscumque de novo instituto agat etiam atque etiam praedicet Lycurgum id dedisse ἐναντία (γνόντα) ταῖς πλείσταις (πόλεσιν). Consilio igitur legumlatoris ingenium nativum ac fertile laudatur. Bazin, cui quoque hoc mirum videtur, putat Xenophontem regis Agesilai rogatu libellum edidisse quo Spartanis suaderet ut ad patrios mores redirent eaque de causa hanc Lycurgi proprietatem identidem narrari qua institutorum naturam divinam ostenderet ut Spartani ea in honorem reducerent.[5]) Quibus autem opponendum est non verisimile esse virum Atheniensem libellum scripsisse ut Spartanos ad virtutem antiquam revocaret. Praeterea cum Köhlero[6]) consentio qui dicit Xenophontem, si propositum ei fuisset hoc libello rerum novarum cupiditatem a Spartanis prohibere, de morum corruptione non in transitu (c. XIV) sed copiose verboseque acturum fuisse. Sine dubio Lycurgi laudis augendae causa Xenophon tradit eum leges ceterarum civitatum institutis contrarias

---

1) Ed. Meyer, Geschichte des Altertums II. § 358, Forschungen I. 230.

2) Strabo. 481 initio.

3) 482, 19.

4) VIII. 5.

5) Bazin, La république des Lacédémoniens p. 153; cf. Wilamowitz, Homerische Untersuchungen, 1884 p. 272: „die πολιτεία hatte er (Xen.) wohl auf unmittelbare Anregung desselben (Agesilaus) verfertigt". Cobet, Novae Lectiones p. 705 primus hunc libellum cum regis Agesilai coetu conjunxit.

6) Köhler, Über die πολιτεία Λακεδαιμονίων Xenophons, Sitzungsberichte der Akademie der Wissenschaften, Berlin 1896.

dedisse. Quam Lycurgi admirationem cohaerere puto cum eius sententia de spiritus ingentis viri momento ac vi ad civitatem constituendam vel conservandam, denique cum singularum personarum cultu. Apud Xenophontem regiae civitatis generis studium iam adest. [1]) Quantopere Agesilaus, Hiero, Lycurgus, Cyrus ab eo celebrati sint, quorum animi ingeniique robur laudibus effert, omnibus notum est. Itaque omnia fere Spartanorum instituta Lycurgi sapientiae adscribit. Imaginem Lycurgi legislatoris perfecti eiusque instituta tamquam Socraticorum, qui dicuntur, placita atque sententias, toti Graeciae, videlicet praesertim Athenis, exemplaria digna quae imitarentur ostendere Xenophon sibi proposuit. In exordio igitur libelli quodammodo iam apparet scriptorem non in animo habere instituta ipsa spectare ieiuneque tradere, sed optima perfectissimaque depingere, ex quibus ceterorum Graecorum leges judicandae sint. Quod propositum ergo Periclis orationi funebri contrarium est. [2])

Xenophontem Spartanorum res hoc modo describere non est tamen quod mireris. Saeculo quinto exeunte antiquitatis amore Athenienses ardebant cuius in „patria civitate" (Graece πάτριος πολιτεία dicitur) omnia pulcherrima sibi fingebant. Sic Aristophanes aetatis praeteritae homines beatos dicit:

εὐδαίμονες δ'ἦσαν ἄρ' οἱ ζῶντες τότ' ἐπὶ τῶν προτέρων. [3])

Putabant enim his diebus sui temporis optata perfecta fuisse. Qua patria civitate redigenda oligarchi titulo saepe usi sunt quo verum consilium, imperii popularis oppressionem, dissimularent. [4]) Praeterea coeperunt Spartanorum instituta laudibus efferre, quod studium saeculo quarto ad extremum perductum est. Nonnulli Athenienses eruditi, a multitudinis dominatu alieni facti ac ea forma imperii

---

1) cf. Mahaffy, The progress of Hellenism in Alexander's Empire, ubi Xenophon „the precursor of Hellenism" nominatus est.

2) cf. Thuc. II. 37.

3) Nubes 1029.

4) W. Nestle, Kritias, Neue Jahrbücher 1903 p. 89. Scharr, Xenophons Staats- und Gesellschaftsideal und seine Zeit p. 119.

qua vis omnis penes primores civitatis est allecti, Spartanorum rem publicam sua pluris facere coeperunt. [1]) Apud Isocratem in oratione, cui titulus est Παναθηναϊκός, legitur ἦν (Σπαρτιατῶν πόλιν) οἱ μὲν πολλοὶ μετρίως ἐπαινοῦσιν, ἔνιοι δέ τινες ὥσπερ τῶν ἡμιθέων ἐκεῖ πεπολιτευμένων μέμνηνται περὶ αὐτῶν. [2]) Quin etiam fuerunt, qui Spartanorum vivendi vestimentique genus imitarentur (οἱ Λακωνίζοντες) quos Aristophanes ita illudit:

ἐλακωνομάνουν ἅπαντες ἄνθρωποι τότε,
ἐκόμων, ἐπείνων, ἐρρύπων, ἐσωκράτων,
ἐσκυταλιοΦόρουν. [3])

Similiter in Vespis chorus exclamat:

σοὶ λόγους, ὦ μισόδημε καὶ μοναρχίας ἐραστά,
καὶ ξυνὰν Βρασίδᾳ, καὶ Φορᾶν κράσπεδα
στεμμάτων, [4])

quibus verbis Scholiasta adnotat: ὅτι οἱ Λακωνίζοντες τοιαῦτα ἐπιτήδευον, ὥστε μακρὰ τὰ κράσπεδα Φορεῖν.

Plato quoque eos in Protagora deridet: καὶ οἱ μὲν ὧτά τε κατάγνυνται μιμούμενοι αὐτούς, καὶ ἱμάντας περιειλίττονται καὶ Φιλογυμναστοῦσιν καὶ βραχείας ἀναβολὰς Φοροῦσιν, ὡς δὴ τούτοις κρατοῦντας τῶν Ἑλλήνων τοὺς Λακεδαιμονίους. [5])

Quoniam igitur cum πάτριος πολιτεία tum Λακεδαιμονίων πολιτεία tamquam optimae depingi solent, quarum civibus Athenienses quae ipsi suis temporibus volunt obtigisse cogitant, utriusque imago simillima est. Athenas antiquas, quas e. g. Isocrates in Areopagitico exponit, multis partibus Spartae congruere identidem observabimus. [6])

---

1) cf. Ed. Meyer, G. d. A. IV. § 467.
2) Panath. 41.
3) Aves 1281.
4) Vesp. 475.
5) Protagoras 342 C.
6) Pöhlmann, Geschichte der sozialen Frage und des Sozialismus in der antiken Welt I. p. 137: „Jedenfalls besteht eine unmittelbare Kontinuität zwischen dem Ideenkreise, aus dem dieses Idealbild Alt-Athens bei Isokrates erwuchs, und den idealisierenden Anschauungen über den sozialen Musterstaat Sparta, wie sie in dem Geschichtswerk seines Schülers Ephoros zu Ausdruck kamen. Die Grundlage bilden hier wie dort dieselben sozialpolitischen Konstruktionen, nicht die echte Überlieferung." Quae rationes non solum apud Ephorum sed etiam apud Xenophontem nobis occurrunt.

Quae meditationes multum ad litteras de Spartanorum institutis valuerunt neque dubium est quin ita memoria vitiosa facta sit. [1]) Sed non solum studia civilia has litteras commutaverunt, sed etiam philosophi perfectae civitatis formam quam ratione exstruxerant ibi re vera adesse putaverunt atque ita Spartanorum instituta quam pulcherrima depinxerunt. [2])

Praeterea Spartanorum instituta tam ignota erant ut scriptores Athenienses eo facilius confingere quid possent. Ita Thucydides queritur διὰ τῆς (Λακεδαιμονίων) πολιτείας τὸ κρυπτὸν Spartanorum copias diligenter explorare difficillimum esse. [3]) Exspectaveris autem Xenophontem Spartanorum condicionum scientem ac peritum fuisse? Sine dubio fuit, sed Xenophon non in amino habet hoc libello sicce veritatem tradere, cui solum in c. XIV locus conceditur. Hic dignissima est quam conferamus Cyropaedia,

---

1) cf. Ed. Meyer, Forschungen I. 282.

2) Nestle, Politik und Aufklärung in Griechenland, Neue Jahrbücher 1909 p. 15: „An der spartanischen Verfassung mag ihm (Sokrates) wie seinen Schülern, besonders Xenophon, manches sympathisch gewesen sein, in der Hauptsache beruhte aber wohl auch schon seine Staatsidee auf begrifflicher Deduktion wie diejenige Platons. Damit war die Abwendung vom konkreten Staat gegeben... man schritt zur Konstruktion von Idealstaaten."

Busolt, Griechische Staatskunde I. 86: „Diese (Lykurg. Verfassung) wurde nicht blosz von oligarchischen Lakonerfreunden als mustergültige Verfassung betrachtet, sondern auch von Philosophen im idealen Lichte gesehen."

Pöhlmann, I. 125: „Man sieht, das traditionelle Bild Altspartas zeigt wesentliche Züge des Staatsromans". cf. K. Münscher, Xenophon in der griechisch-römischen Literatur, Philologus 1920, p. 33: „Platon nennt Xen. niemals und doch erklärt sich im Grunde Xenophons gesamte Sokratische Schriftstellerei, einschlieszlich der politischen in der Λακεδαιμονίων πολιτεία, im Hieron und der Kyropaedie, aus dem einen Gesichtspunkt der Berichtigung oder wenigstens Berücksichtigung alles dessen, was Platon und auch Antisthenes, die beiden führenden Sokratiker, als Sokrates' Lehren in ihren Schriften mitgeteilt hatten."

3) Thuc. V. 68. cf. Herbst, Zur Geschichte der auswärtigen Politik Spartas im Zeitalter des Peloponnesischen Krieges: „und sie (die Spartan. Verfassung) entzog sich eben schon den Schriftstellern des Altertums wo man die Abgeschlossenkeit des innern Spartanischen Staatslebens und die Unverständlichkeit seiner Sitten und Institutionen kaum grosz genug vorstellen kann.

quo libello Xenophon etiam rempublicam perfectam depingere vult [1]) cuius ex institutis tamen pauca de ipsa veritate comperimus. Quam similitudinem inter Λακεδαιμονίων πολιτείαν et Κύρου παιδείαν ita explicare voluerunt quod Xenophontem Antisthenis exemplum, qui τὸν Κῦρον et Ἡρακλέα scripsit, imitatum esse credunt. [2]) Sine dubio dogmata cynica apud Xenophontem multum poterant, qua tamen ex re huius similitudinis causam repetere nimis sane quaesitum mihi videtur. Potius credo eo explicandum esse quod cum Spartanorum tum Persarum instituta aptissima erant quae scriptoribus rei publicae perfectae exempla praeberent. Iam diu Graeci destiterant Persas hostes velut natos considerare: Herodotus Persas celebraverat, Socratici eum secuti sunt. Cyri nomen amabatur atque facile imperator summus describi poterat. [3]) Quantopere nonnullis Spartanorum leges placuerint supra iam observavimus. Xenophon solus autem non fuit qui de Spartanis Persisque una egit. Plato quoque comparat quae Spartanis ac Persis in usu erant rege nascente. [4]) Minime igitur mirandum est Xenophontem ab earum civitatum legibus profectum esse cum rem publicam ad summam virtutem compositam sibi animo fingeret.

Exordio absoluto Xenophon statim Lycurgi instituta de subolis procreatione (περὶ τεκνοποιίας) exponit. Quod initium nobis mirum quidem videtur. Nullus profecto rerum scriptor hodiernus civitatis cuiusdam leges moresque describens hac ex re initium faceret. Itaque nonnulli, in quibus sunt Köhler [5]) et Habben, [6]) contendunt Xenophontem hac

---

1) cf. Scharr, p. 95—138.

2) Joël, Der echte und der Xenophontische Socrates II. 390: „Diese völlige Parallele der beiden Schriften ist nicht von Xenophon aufgelegt, aber sie ist nicht zufällig und erklärt sich am einfachsten bei Antisthenes; aus seiner Parallele der Kyros- und Heraklesschrift". cf. II. 753.

3) Jones, Greek and Foreigners, Classical Review 1910, Scharr p. 134.

4) Alcibiades I. 17 (339 A).

5) Über die Πολιτεία Λακεδαιμονίων Xenophons, Sitzungsberichte der Akademie der Wissenschaften, Berlin 1896.

6) Habben, De Xenophontis libello qui Λακεδαιμονίων πολιτεία inscribitur p. 52.

parte e Critiae libro hausisse, qui oratione et vincta et soluta idem argumentum tractavit. Notissima Critiae verba afferre mihi liceat: ἄρχομαι δέ τοι ἀπὸ γενετῆς ἀνθρώπου· πῶς ἂν βέλτιστος τὸ σῶμα γένοιτο καὶ ἰσχυρότατος; εἰ ὁ Φυτεύων γυμνάζοιτο καὶ ἐσθίοι ἐρρωμένως καὶ ταλαιπωροίη τὸ σῶμα, καὶ ἡ μήτηρ τοῦ παιδίου τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι ἰσχύοι τὸ σῶμα καὶ γυμνάζοιτο.[1]) Apud Critiam ac Xenophontem easdem sane sententias reperiri manifesto apparet. Attamen Critiae auctoritas in maius ferenda non est. Nam non solum Critias πολιτείαν describens de liberis gignendis agere incipit, sed etiam Plato et Aristoteles idem faciunt. Ille e. g. in Legibus Atheniensem haec dicentem facit: ἀρχὴ δ'ἐστὶ τῶν γενέσεων πάσαις πόλεσιν ἆρ' οὐχ ἡ τῶν γάμων σύμμειξις καὶ κοινωνία;[2]) Alibi[3]) eundem ordinem (γένεσις, τροφή, παίδεια) invenimus quo Xenophon hoc libello Spartanorum res tractat. Apud Aristotelem legimus: Εἴπερ οὖν ἀπ' ἀρχῆς τὸν νομοθέτην ὁρᾶν δεῖ ὅπως βέλτιστα τὰ σώματα γίνηται τῶν τρεφομένων, πρῶτον μὲν ἐπιμελητέον περὶ τὴν σύζευξιν.[4])

Videmus igitur theoreticos esse, homines qui ratione civitatem perfectam exstruunt, qui leges moresque describentes ab ortu hominis incipiunt. Quod profecto consentaneum est; meditationibus ipsis enim sponte commoventur ut dicant magistratuum hanc primariam esse curam ut cives mente atque corpore validissimi nascantur quaestionesque, quae nunc eugeneticae dicuntur, maximi momenti esse. Animadvertimus hic Xenophontem theoreticum neque historicum loqui. Attamen hominibus ita ratiocinantibus deinde haec quaestio occurrit: primum quidem matrum futurarum valetudini consulendum esse ut firmam progeniem pariant. Sic Xenophon quoque matribus futuris praecepta dat. (§ 3—5). Quae verba magis medicorum rationum speciem praebent quam historicarum rerum. Sic apud Hippocratem legimus: πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι εἰσὶ κίνδυνοι οἵσι τὰ

1) F. H. G. II. 68, Clem. Alex. Strom. VI. 2. 9, qui cum his Critiae verbis Xenophontis iam confert.

2) Leges 721 A.

3) Leges 631 E, 783 B.

4) Pol. 1334 b 30.

ἔμβρυα φθείρονται· καὶ γὰρ ἢν ἡ γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα νοσήσῃ... ἢ πλέονα ἢ ὀλίγην τροφὴν λαμβάνῃ... ἢ ἀκρατήσῃ· καὶ γὰρ καὶ τροφὴ αἰτίη φθορῆς καὶ πόμα πουλύ, [1]) et in libello cui titulus est περὶ διαίτης ὑγιεινῆς legimus: τὰς δὲ γυναῖκας χρὴ διαιτᾶσθαι τῷ ξηροτέρῳ τῶν τρόπων· καὶ γὰρ τὰ σιτία τὰ ξηρὰ ἐπιτηδειότερα πρὸς τὴν μαλθακότητα τῶν σαρκῶν καὶ τα ἀκρητέστερα πόματα ἀμείνω πρὸς τὰς ὑστέρας καὶ τὰς κυοτροφίας. [2])

Quibus verbis apparet medicos et sophistas iam diu ante Xenophontis tempora disputavisse de alimenti genere copiaque quae matribus futuris prodesset. Quo ex Xenophontis loco autem non bene colligi potest cibusne largus mulieribus ei placeat necne. Quid enim Lycurgus ea de re praeceperit non commemorat, dicit tantum ceteros Graecos matres futuras parce nutriri jubere. Habben [3]) putat Xenophontem certe iis cibum parcum dari praetulisse, Critiam autem copiosum imperavisse — quod unde efficiat ille non exponit — itaque concludit: „Quibus rebus consideratis Xenophontem locum, quo de ratione agit, qua aliae civitates virgines nutriverint, qui, ut supra vidimus, non modo cum contextu non bene coniunctus est, sed etiam a sententiis alibi allatis abhorret, ex libro Critiae recepisse colligendum est". Quo in argumento acquiescendum esse non censeo. Xenophontem praeceptum a sua sententia alienum temere ascivisse neque Critiae opinioni repugnavisse mihi vero persuadere non possum. Praeterea ne Critias quidem dicit se matribus quoque utile putare largiter nutriri. Immo vero quod Critias viris diserte cibum copiosum imperat, de mulieribus autem tacet, potius contrarium indicaret. E contextu sane apparet Xenophontem ceteros Graecos cibum parcum virginibus dare improbavisse. Praeterea mihi verisimile videtur Xenophontem, corporis exercitationum studiosum quibus cibi cupiditas puellis quoque excitatur, cibum largum utilem judicavisse, confer ejus Oeconomicum: γυμναζομένην δὲ ἔφην οὕτως ἄν

---

1) Περὶ γυναικείων I. 25.
2) II. 6. Quem libellum in sophistarum operum numerum referunt.
3) p. 53.

καὶ ἐσθίειν ἥδιον καὶ ὑγιαίνειν μᾶλλον καὶ εὐχροωτέραν φαίνεσθαι τῇ ἀληθείᾳ.[1])

§ 4. Xenophon narrans Lycurgum legibus sanxisse ut matres futurae non minus quam iuvenes corpus exercerent mente ardescit. Eum his virginum corporis motibus favere mimine admirandum est cuius temporibus puellarum educationis corporisque exercitationum quaestio flagrans erat. Euripides cuius ex operibus tam multa discimus de ipsius temporum quaestionibus,[2]) de hac re quoque agit, Relatu digna sunt haec:

εἰ δ' εἰς γάμους ἔλθοιμ', ὃ μὴ τύχοι ποτὲ,
τῶν ἐν πόνοισιν ἡμερευουσῶν ἀεὶ
βελτίον' ἂν τέκοιμι δώμασιν τέκνα.
ἐκ γὰρ πατρὸς καὶ μητρὸς ὅστις ἐκπονεῖ
σκληρὰς διαίτας οἱ γόνοι βελτίονες.[3])

Critiam virginibus corporis motus eadem ratione qua Xenophontem probavisse supra iam vidimus. Ac praecipue hic adferre libet quae Plato de hac re constituit. Kessler, in libro egregio, cum Plutarchi verbis[4]) Xenophontis, Critiae, Platonis opiniones iam contulit ac ostendit Platone auctore corpus puellis exercendum esse ut juvenes in re publica defendenda invarent.[5]) Attamen non animadvertit Platonem quoque τεκνοποιίας causa hoc commendavisse; in Legibus enim haec traduntur: βούλεσθε ἅμα γέλωτι φράζωμεν, τιθέντες νόμους τὴν μὲν κύουσαν περιπατεῖν, τὸ γενόμενον δὲ πλάττειν τε οἷον κήρινον, ἕως ὑγρόν, καὶ μέχρι δυοῖν ἐτοῖν σπαργανᾶν;[6]) Similiter Aristoteles censet χρὴ δὲ καὶ τὰς ἐγκύους ἐπιμελεῖσθαι τῶν σωμάτων, μὴ ῥᾳθυμούσας μηδ' ἀραιᾷ τροφῇ χρωμένας[7]) et alibi legimus: ταῖς δὲ γυναιξὶ συμ-

1) X. 11.

2) Ed. Meyer, G. d. A. IV. § 472: „Der grosze Prophet der modernen Ideen ist Euripides gewesen".

Dümmler, Prolegomena zu Platons Staat p. 26: „Für das Gesamtbild der geistigen Bewegungen seiner Zeit bleiben daher die Reste des Euripides die wichtigste Quelle".

3) fr. 529 (Clem. Alex. VI. 2, 9).

4) Lyc. XIV.

5) Kessler, Plutarchs Leben des Lykurgos p. 60.

6) Leges 789 E. 7) Pol. 1335 b 12.

βαίνουσιν οἱ πόνοι ἰσχυρότεροι καὶ μάλιστα ταῖς ἑδραίαις.[1]) Sed multo antea de hac re disputatum est. Pythagorei iam praeceperant δεῖν οὖν τοὺς τε παῖδας καὶ τὰς παρθένους ἐν πόνοις τε καὶ γυμνασίοις καὶ καρτερίαις ταῖς προσηκούσαις τρέφειν.[2]) Quas meditationes e medicorum ratione haustas esse satis constare mihi videtur. Euripidem enim accuratius Hippocratem cognovisse Clemens Alexandrinus iam intellexit utriusque verba coniungens: Ἀλλὰ καὶ τοῦ ἰατροῦ Ἱπποκράτους· ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ καὶ ὥρην καὶ χώρην καὶ ἡλικίην καὶ νούσους γράφοντος. Εὐριπίδης ἐν ἑξαμέτρῳ χρήσει φησίν·

... ὅσοι δ' ἰατρεύειν καλῶς,
πρὸς τὰς διαίτας τῶν ἐνοικούντων πόλιν
τὴν γῆν τ' ἰδόντας, τὰς νόσους σκοπεῖν χρεών,[3])

Platonem multis rebus ex Hippocratis libris sententias recepisse eiusque rationis notitiam habuisse Galenus ostendit in libro cui titulus est: Claudii Galeni de Placitis Hippocratis et Platonis, quo ex libro haec verba afferre mihi liceat: οὕτω δὲ καὶ πλάττειν ἐξ ἀρχῆς ἄνθρωπον χρὴ πρὸς τὸ βέλτιστον ἁπάντων μὲν πρῶτον αὐτῶν τῶν σπερμάτων προνοουμένους, οἷς ἐφεξῆς τῆς διαίτης ἣν ἡ κύουσα διαιτήσεται κατά τε τὰς τροφὰς καὶ τὰ πόματα καὶ τὰ γυμνάσια καὶ τὰς ἡσυχίας καὶ τοὺς ὕπνους καὶ τὰς ἐγρηγόρσεις ἐπιθυμίας τε καὶ θυμοὺς ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα, περὶ ὧν ἁπάντων ὁ μὲν Πλάτων ἀκριβέστατα διῆλθεν.[4]) Apud Aristotelem medicorum vim aperte indicare possumus his verbis δεῖ δὲ καὶ αὐτοὺς θεωρεῖν πρὸς τὴν τεκνοποιίαν τά τε παρὰ τῶν ἰατρῶν λεγόμενα καὶ τὰ παρὰ τῶν φυσικῶν.[5]) Praeterea comparantibus locum ex Historia Animalium[6]) cum verbis

---

1) Historia Animalium VII. 587 a 2. Hunc librum septimum nonnulli hominus docti Aristoteli abiudicandum esse putaverunt, quod nobis autem quaerentibus vulgatane opinio fuerit virginibus corporis motus utiles esse, hac in re parvi momenti est.
2) Diels, Fragmente der Vorsokratiker I. p. 289, D 8, 209.
3) Strom. VI. 2, § 22 (p. 749 P).
4) V. 465.
5) Pol. 1335 a 39.
6) VII. 588 a 5.

Hippocratîs[1]) manifestum sane est Aristotelem (vel eius libri auctorem) Hippocratis praecepta novisse. Utroque loco ὑδαρὴς οἶνος commendatur ad infantium convulsiones prohibendas. Xenophontem ipsum virginum corporis motus laudavisse apparet ex Oeconomico, ubi uxor florens aetate maritum rogat ut sibi consilium daret quo modo veram pulchritudinem consequi posset, atque Ischomachum dicentem facit: ἀγαθὸν δὲ ἔφην εἶναι γυμνάσιον καὶ τὸ δεῦσαι καὶ μάξαι καὶ ἱμάτια καὶ στρώματα ἀναστεῖσαι καὶ συνθεῖναι.[2])

Similiter Aristophanes pulchritudinis augendae causa corporis motus utiles putaverat. Lampito enim interrogata:

ὡς δ'εὐχροεῖς, ὡς δὲ σφριγᾷ τὸ σῶμα σοῦ.
κἂν ταῦρον ἄγχοις,

respondet γυμνάδδομαι γὰρ.[3])

Concludere posse mihi videor a theoreticis certe de virginum corporis exercitationibus mentionem iniectam esse inde a quinto fere saeculo.[4]) Itaque minime probabile est Xenophontem e Critiae libris hanc sententiam recepisse.[5]) Immo vero, sui aevi rationibus convenienter Xenophon hanc alimenti, vivendi generis, corporis motus curam utilem existimavit. Sicut Euripides, Plato, Aristoteles, Hippocratis libros sine dubio cognovit. Sed Xenophon suas ipsius opiniones tamquam Lycurgeas aperit. Quo modo Xenophon enim hoc capite philosophi loco de Spartanarum virginum educatione disserit eo theoreticus certe disputare solet. Sparta autem, qua in civitate virginum corporum excercitationes

---

1) Περὶ διαίτης ὑγιεινῆς II. 6.

2) X. 11.

3) Lysistrate 80. cf. Athen. VII. 278, XIII. 566 A, quibus locis Lacaenae pulcherrimae laudantur. Strabo X. 449 eas in optimis numerat. Sed hinc efficere pulchritudinem exercitationum effectum esse nimis quaesitum mihi videtur.

4) cf. Frick, Wochenschrift für klassische Philologie, 1912 p. 286.

5) Kessler, l. c. p. 60: „Kritias stellt hier eine Reflexion an über die spartanische Dressur, die er als Aristokrat wohl zu würdigen wuszte. Xenophon hat sie übernommen. Aber jetzt sind diese Gedanken zu Gedanken Lykurgs geworden".

fieri solebant, ea re quidem idonea erat quo quis optata sua quasi perfecta animo traducere posset. A Spartanorum consuetudine proficiscens, Xenophon doctrinam componere poterat atque hunc morem celebrans ceteris Graecis probare. Longe autem ab hac sententia diversa sunt ea quae apud alios scriptores Athenienses invenimus, qui quamquam harum exercitationum notitiam habent, minime admirantur. Euripides [1]) eam consuetudinem, quam intemperantiam interpretatur, valde vituperat ac de causis eugeneticis omnino tacet. Quod autem scholiasta, qui profecto opiniones posteriores reddit, contendit: *σώματος εὐρωστίας ἀντιποιοῦνται Λάκωνες· διὸ τὰς παρθένους γυμνάζουσιν, ἵνα γενναίους παῖδας γεννῶσιν* nihil demonstrat.

Apud Anonymum Jamblichum legimus *αὐτίκα Λακεδαιμονίοις τὰς κόρας γυμνάζεσθαι* ⟨*καὶ*⟩ *ἀχειριδώτως καὶ ἀχίτωνας παρέρπειν καλόν. Ἴωσι δὲ αἰσχρόν.* Quae verba parvi tamen momenti esse puto. Praecipue quae altera paragrapho narrantur totum locum suspectum reddunt. Haec enim sequuntur: *καὶ τοῖς μὲν τὰς παῖδας μὴ μανθάνειν μωσικὰ καὶ γράμματα καλόν. Ἴωσι δ'αἰσχρὸν μὴ ἐπίστασθαι ταῦτα πάντα,* [2]) quae longe ab aliorum sententiis abhorrent. Apud Athenaeum de Spartanorum pueris traditur: *παῖδες τε γὰρ κιθαρίζουσιν* [3]) et alibi [4]) legimus: *διετήρησαν δὲ μάλιστα τῶν Ἑλλήνων Λακεδαιμόνιοι τὴν μουσικήν, πλείστῃ αὐτῇ χρῶμενοι* quibus locis Spartani igitur artis musicae periti laudantur [5]). Aristophanes tantum verba *γυμνάδδομαι γὰρ* habet neque singula persequitur. Inspiciamus Platonem qui haec refert:

---

1) Andromache 595:

οὐδ' ἂν εἰ βούλοιτό τις
σώφρων γένοιτο Σπαρτιατίδων κόρη,
αἳ ξὺν νέοισιν ἐξερημοῦσαι δόμους
γυμνοῖσιν μηροῖς καὶ πέπλοις ἀνειμένοις
δρόμους παλαίστρας τ'οὐκ ἀνασχετῶς ἐμοὶ
κοινὰς ἔχουσι.

2) Diels, II. 1, p. 638: Dialexeis Anonymi Jamblichi *περὶ καλοῦ καὶ αἰσχροῦ.*

3) Athen. IV. 139 E.

4) Athen. XIV. 632 F.

5) cf. Kessler, p. 77.

κόρας μὲν γυμνασίων μετόχους οὔσας ἅμα καὶ μουσικῆς ζῆν δεῖν. [1]) Qui igitur sicce hoc solum tradit puellas gynnasiorum participes esse neque quaquam docet puellas una cum pueris exerceri.

Considerandum autem est num fortasse Euripides multa addiderit affinxeritque, quippe cuius ex opere tantum in Spartanos odium acerbum nobis occurrat ut minime mirandum sit. Neque Xenophon de virginum iuvenumque communibus exercitationibus ullam mentionem facit. Videmus igitur ceteros scriptores Graecos hanc Spartanarum mulierum licentiam tantum indignatos esse [2]) neque rettulisse eos corporis motus τεκνοποιίας ratione habita institutos esse.

Deinde illae virginum exercitationes magis magisque auctae sunt quarum ad memoriam tradendam Platonis certe doctrina multum valuit. [3]) Unde haec a maioribus tradita ac his diebus vulgata fere opinio orta est qua posteriores imaginem depingere possunt qualem Beloch: „man liesz die Mädchen sogar an den Turnübungen teilnehmen und es herrschte infolgedessen ein ungezwungener Ton zwischen den Geschlechtern". [4]) Quae verba magis aevi nostri quam antiquitatis Graecae moribus congruunt! Quomodo Spartae haec omnia revera fuerint accuratius cognoscere non possumus. Quod Schoemann quoque concedit: „Auch für die Mädchen ordnete das Gesetz eine ähnliche gymnastische und musische Erziehung wie für die Knaben, obgleich uns über die Einrichtung derselben nichts Näheres angegeben wird. Dasz ihre Übungsplätze von denen der Knaben gesondert waren, und dasz der Zutritt zu ihnen nicht Jedem beliebig freigestanden habe, scheint mir kaum bezweifelt werden zu dürfen; aber es gab öffentliche Wettkämpfe wo die Jünglinge den Madchen, wie die Mädchen den Jünglingen zuschauten". [5])

1) Leges 806 A.
2) cf. Leges 837 C et Aristoteles Pol. 1269 b 22.
3) Kessler, Lyc. XIV.
4) Beloch, Griechische Geschichte I. 1. 406.
5) Schoemann-Lipsius, Griechische Altertümer I. 268.

De quibus verbis postremis Kessler eo loco quem supra citavi amplissime disputavit ostenditque hac in parte Platonis librorum lectionem multum potuisse. Neque iniuria contenderis ea quae Müller tradit commenta fere esse, qui scripsit: „In Sparta war von Seiten des Staates für die leibliche Ausbildung der Mädchen in ähnlicher Weise wie für die Knaben durch die geregelten gymnastischen Übungen des Laufens und Springens, des Ringens und des Werfens mit Diskos und Speer gesorgt". [1]) Quibus opponendum est Platonem de ea re prorsus aliter judicavisse qui primum Spartanos laudat quidem quod virgines gymnasiorum participes sint, deinde autem vituperat cum haec omnia non plane peracta sint: τῶν δὲ εἰς τὸν πόλεμον μὴ κοινωνούσας, ὥστ' οὐδ' εἴ τίς ποτε διαμάχεσθαι περὶ πόλεώς τε καὶ παίδων ἀναγκαία τύχη γίγνοιτο, οὔτ' ἂν τόξων, ὥς τινες Ἀμαζόνες, οὔτ' ἄλλης κοινωνῆσαι ποτε βολῆς μετὰ τέχνης δυνάμεναι, οὐδὲ ἀσπίδα καὶ δόρυ λαβοῦσα μιμήσασθαι τὴν θεόν, . . . [2]) Quae apud Athenaeum legimus ex re descripta esse nemo sane contenderit, ubi haec relata sunt: ἐπαινοῦντες τῶν Σπαρτιατῶν τὸ ἔθος τὸ γυμνοῦν τὰς παρθένους τοῖς ξένοις, quibus addit ἐν Χίῳ δὲ τῇ νήσῳ καὶ βαδίζειν ἥδιστόν ἐστιν ἐπὶ τὰ γυμνάσια καὶ τοὺς δρόμους καὶ ὁρᾶν προσπαλαίοντας τοὺς νέους ταῖς κόραις. [3]) Notatu dignissimum est hic morem Chium tradi Spartanorum consuetudinibus simillimum. Quae verba memorabilia monent ut cautissime de hac quaestione argumentandum sit. [4]) Neque iniuria contenderis theoreticorum sententias ad eas res multum valuisse ac fieri posse ut suis scriptis aequalium mores hac in parte mutaverint neque

---

1) J. Müller, Griechische Altertümer, Hdb. Iw. Müller IV 1, p. 449 d.

2) Leges 806 A. B.

3) Athen. XIII. 566 E.

4) Spartanorum puellae φαινομηρίδες dicuntur, quod autem ad corporis exercitationes non pertinet. cf. Plut. comp. Lyc. et Numae c. 3: αἱ πτέρυγες οὐκ ἦσαν συνερραμμέναι κάτωθεν, ἀλλ' ἀνεπτύσσοντο καὶ συναναγύμνουν ὅλον ἐν τῷ βαδίζειν τὸν μηρόν. Hdb. Iw. Müller IV 1, p. 417: „Die Langseiten waren nicht geschlossen v. d. φαινομηρίδες". cf. Abrahams, Greek Dress p. 46: „The simpler form of the Doric dress, namely that which is unsewn and left open down the side, is not found represented in art before the 5 century".

ex re descripserint. Mulieres certaminis cuiuscumque participes fuisse ea quae Spartae iuventa sunt non docent. [1])

§ 5. Praecepta quae sequuntur eo consilio dantur ne coniuges διάκοροι fiant. Itaque Lycurgus maritos interdum ac clam solum cum uxore commercium habere instituit quos ab aliis videri pudere: ἔθηκε γὰρ αἰδεῖσθαι μὲν εἰσιόντα ὀφθῆναι, αἰδεῖσθαι δ' ἐξιόντα. Joël putat dogmata cynica hac in re quoque valuisse quoad quidem a cynicis ipsis αἰδοῦς celebrata sit. [2]) Quod enuntiatum rhetoricum [3]) hanc vim cynicam minime demonstrare censeo. Neque αἰδοῦς augendae causa, sed ut maiore desiderio incensi liberos firmos ac robustos gignerent, Lycurgus id instituit. Revera Spartae maritos non semper domi, sed in castris saepe pernoctavisse ob causas militares probabilius est. Facile intellegi potest cohortis praefecto Spartano e sodalium vita cotidiana recedere honori non fuisse. Similiter in Cyropaedia refertur οἱ δὲ ἔφηβοι καὶ κοιμῶνται περὶ τὰ ἀρχεῖα σὺν τοῖς γυμνητικοῖς ὅπλοις, πλὴν τῶν γεγαμηκότων. οὗτοι δὲ οὔτε ἐπιζητοῦνται ἢν μὴ προρρηθῇ παρεῖναι. οὔτε πολλάκις ἀπεῖναι καλόν. [4])

Rationes eugeneticas unquam valuisse ad Spartanorum mores consuetudinesque constituendos mihi persuadere non possum. Quae vero per se spectata eis optima videntur Spartae in veritate perfecta esse putant. Dignissimum est quod observemus apud omnes Graecos vulgatam opinionem fuisse providendum esse τῷ ἄγαν, etiam in amore, atque de κόρου detrimento omnes fere consenserunt. [5]) Quamquam

---

1) B. S. A. XIII. 175. Putaverunt lapidis fragmentum demonstrare mulierem cursu certavisse. Quod autem novo fragmento invento non iam contendi potest. Legendum enim est

ταδε ἐνικαhe

Ἐνυμα(κ)ρατιδ-ας πρατος παιδων

Enymacratidas primus praemium abstulit.

2) Joël II. 340.

3) p. 30.

4) Cyrop. I. 2, 4.

5) cf. Eur. Hippolytus 529, Medea 627, Helena 1105, Iph. Aul. 543, fr. 187. — cf. Ἱπποκράτους

Σιτία, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια. (Stob. Flor. 101. 22).

locos afferre non possum, Xenophontem hac quoque in re e scriptis sophisticis ac medicis hausisse mihi veri simile videtur. Neglegendum non est valetudinis causas in praeceptis Pythagoreis nobis iam occurrere, ubi legimus: δεῖν οὖν τὸν παῖδα οὕτως ἄγεσθαι ὥστε μὴ ζητεῖν ἐντὸς τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην συνουσίαν. ὅταν δ'εἰς τοῦτο ἀφίκηται σπανίοις εἶναι χρηστέον τοῖς ἀφροδισίοις. ἔσεσθαι δὲ τοῦτο, ἐὰν τίμιόν τε καὶ καλὸν εἶναι νομίζηται ἡ εὐεξία. ἀκρασίαν γὰρ ἅμα καὶ εὐεξίαν οὐ πάνυ γίνεσθαι περὶ τὸν αὐτόν.[1] Hoc loco agitur de ἀκρασία quae εὐεξίας causa contineri debet.

Aristoteles quoque citandus est, apud quem haec traduntur: ἔτι δὲ καὶ πρὸς σωφροσύνην συμφέρει τὰς ἐκδόσεις ποιεῖσθαι πρεσβυτέρας πρεσβυτέρας· ἀκολαστότεραι γὰρ εἶναι δοκοῦσι νέαι χρησάμεναι ταῖς συνουσίαις.[2] Quem sententiarum ordinem persecuti sponte ad Xenophontis rationes venimus.

§ 6. Praeterea Lycurgus ratus hac quoque re civium saluti consulendum esse constituit ut in vigore corporis (ἐν ἀκμαῖς) uxores ducerent. De aetate nuptiali liberis procreandis aptissima iam egerunt Hesiodus, Sappho, Theognis, atque saepe observari potest eam Euripidi quoque cordi fuisse.[3] Aliquoties rationes eugeneticae nihil potuerunt,[4] nonnumquam causam ignoramus e. g. ubi Euripides in ignota comoedia monet: γραῖαν γυναῖκα πρὸς νέον ζεύξαι κακόν[5], sed ex loco Aristophanis causam cognoscimus:

οἴμοι κακοδαίμων, ὅτι γέρων ὢν ἠγόμην
γυναῖχ'· ὅσας εἶμ' ἄξιος πληγὰς λαβεῖν.
οὐ γὰρ ποθ' ὑγιὲς οὐδὲν ἐξελήλυθεν
δράσουσ'.[6]

Platonem quoque matrimonium ἐκ ἀκμαζόντων ob causas eugeneticas constituisse satis constat.[7] Aristo-

---

1) Diels I. 289. D 8, 209.
2) Pol. 1335 a 23.
3) Roper, Ancient Eugenics multos locos citavit.
4) fr. 22, 798, 799.
5) fr. 970.
6) Eccles. 322.
7) Leges 772 D, 785 B.

teles quoque praecepit: *ἐν τοσούτῳ γὰρ ἀκμάζουσι τε τοῖς σώμασι σύζευξις ἔσται.* [1]) Quae meditationes sine dubio iam diu ante animos moverant. Etenim Pythagorei rursus de hac re egerunt: ... *ὅπως ἐξ ἰσχυόντων τε καὶ τετελειωμένων σωμάτων τὰ σπέρματα καὶ οἱ καρποὶ γίνωνται.* [2]) De tota profecto *εὐγονίας* quaestione, ut spectaretur parentum indoles ac valetudo bonae subolis procreandae causa copiose disputatum est. [3])

Quod Antisthenes quoque commendat *γαμήσειν τε τεκνοποιίας χάριν ταῖς εὐφυεστάταις συνίοντα γυναιξί. καὶ ἐρασθήσεσθαι δέ. μόνον γὰρ εἰδέναι τὸν σοφὸν τίνων χρὴ ἐρᾶν.* [4]) non demonstrat Xenophontem sententias e cynicorum scriptis recepisse ut Joël contendit. [5]) Aetas nuptialis atque coniugum selectio fuerunt „topoi" in disputationibus medicis et ethicis. [6]) Xenophontem ipsum matrimonio *ἐν ἀκμαῖς* favisse apparet ex loco notissimo ubi Socratem dicentem facit: *ὅτι νὴ Δί', ἔφη, οὐ μόνον ἀγαθοὺς δεῖ τοὺς ἐξ ἀλλήλων παιδοποιουμένους εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἀκμάζοντας τοῖς σώμασιν. ...* [7]) Alibi hominibus suadet ut inconjuge eligenda cautionem et diligentiam adhiberent: *φανεροὶ δ' ἐσμὲν καὶ σκοπούμενοι, ἐξ ὁποίων ἂν γυναικῶν βέλτιστα ἡμῖν τέκνα γένοιτο· αἷς συνελθόντες τεκνοποιούμεθα.* [8]) Quod hae rationes Spartae rursus vitae cotidianae moribus congruunt, suspicionem

---

1) Pol. 1335 a 30.

2) Diels l. c.

3) Roper, p. 36 complures locos collegit ubi de coniugum selectione agitur. Praeterea conf.: Eur. Heracl. 233, 297. Hecabe 596. W. Nestle, Kritias, Neue Jahrbücher 1903 p. 181: „Dasz die Eigenschaften der Eltern, auch die intellektuellen und moralischen, sich vielfach auf die Kinder vererben, war den Griechen ein geläufiger Gedanken, dessen Tragweite damals in sophistischen Kreisen viel ventiliert wurde"; vide etiam Hans Meyer, Das Vererbungsproblem bei Aristoteles, Philologus 1919 (Bd. 75) p. 347.

4) Diog. Laert. VI. 11.

5) Joël II. 35.

6) cf. W. Jaeger, Berl. philol. Woch. 1913 p. 164—167: „der Zuchtwahltopos war in der oligarchisch sophistischen Spartalitteratur ein bleibender Bestandteil".

7) Mem. IV. 4. 23.

8) Mem. II. 2. 4.

magnam sane praebet. Praeterea Xenophon a se dissidet, in paragrapho septima tradens: εἴγε μέντοι συμβαίη γεραιῷ νέαν ἔχειν.... Talia igitur Spartae quoque fiebant! [1]) Ex locis quos attuli concludere licet haec verba ἔταξεν ἐν ἀκμαῖς veritatem historicam non reddere.

§ 7. Sed si forte seni Spartano contigit ut uxorem tenerae aetatis duxisset, Lycurgus τῷ (γὰρ) πρεσβύτῃ ἐποίησεν, ὁποίου ἀνδρὸς σῶμα τε καὶ ψυχὴν ἀγασθείη, τοῦτον ἐπαγομένῳ τεκνοποιήσασθαι.

§ 8. Si quis mulieris contubernalis esse nollet, sed tamen liberos habere cuperet, hac in re Lycurgus legibus sanxit ut ex aliena uxore pulchra ac firma sibi liberos procrearet: καὶ τοῦτο νόμιμον ἐποίησεν, ἥν τινα [ἂν] εὔτεκνον καὶ γενναίαν ὁρῴη, πείσαντα τὸν ἔχοντα ἐκ ταύτης τεκνοποιεῖσθαι.

§ 9. Καὶ πολλὰ μὲν τοιαῦτα συνεχώρει. αἵ τε γὰρ γυναῖκες διττοὺς οἴκους βούλονται κατέχειν. Quae verba complures offensiones habent. Quid sunt διττοὶ οἶκοι? Vir alter nolebat justum matrimonium inire, solum liberos ex ea concipere, cuius in domo nullam vim habebat. Manebat in conjugis domo; οἵ τε ἄνδρες volunt ἀδελφοὺς τοῖς παισὶ προσλαμβάνειν. Qui sunt οἱ ἄνδρες? Qui παῖδες dicuntur? Quae omnia tamen verbis sequentibus, ex quibus audimus eos liberos gentis ac potentiae participes esse, opes autem sibi non vindicare, perspicua non fiunt. Suspicor autem Xenophontem hoc dicere: maritos justos ideo probare alium virum ex suis uxoribus liberos procreare quod hoc modo sui παῖδες fratres nanciscantur. Itaque tota civitas necessitudo tamquam fraterna fit, invidia pecuniaeque cupiditas evanescit, χρημάτων οὐκ ἀντιποιοῦνται h. e. omnibus rebus communiter utuntur. [2]) Obscure mirumque in modum autem omnia dicta sunt, sed haec summa rei est Xenophontem tradere Spartae mulierum communionem quandam fuisse. Attamen valde dubitandum est num haec ex re descripta sint. Inquiramus igitur num alii scriptores huius communionis notitiam habuerint. Dignus est quem inspiciamus

---

1) Quae verba Cobet, Novae Lectiones p. 711 iam illusit.

2) cf. p. 21, ubi Her. IV. 104 affertur, locus qui his verbis similis est.

Herodotus. De Aegyptiis tradit eos unam uxorem in matrimonium ducere κατά περ Ἕλληνες; [1]) Spartae alium morem valere non commemorat. Alibi refert Anaxandridis coniugi liberos non esse, itaque ephoros ei suasisse ut novum matrimonium iniret, quibus monitis eum tandem concessisse: μετὰ δὲ γυναῖκας ἔχων δύο διξὰς ἱστίας οἴκεε, ποιέων οὐδαμῶς Σπαρτιητικά. [2]) Ex iis quoque quae narrantur de Cleomene [3]) apparet Aristonem altera demum uxore repudiata alteram in matrimonium duxisse. Si quis enim efficere vellet eum duas uxores una habuisse quod solum dicitur γήμαντι γυναῖκας δύο ex initio capitis 63: οὕτω μὲν δὴ τὴν τρίτην ἐσηγάγετο γυναῖκα ὁ Ἀρίστων τὴν δευτέρην ἀποπεμψάμενος contrarium apparet.

Neque ex Euripidis Helena ubi haec Penelopae fideli similis depingitur aminadvertimus eum vel quicquam scivisse Spartanis severam monogamiam defuisse; confer versum 571:

οὐ μὴν γυναικοῖν γ' εἷς δυοῖν ἔφυν πόσις.

Atque Hermione Lacaena in Euripidis Andromache censet:

οὐδὲ γὰρ καλὸν
δυοῖν γυναικοῖν ἄνδρ' ἓν' ἡνίας ἔχειν. [4])

Neque Aristophanes huius rei notitiam habet. Ex tota profecto comoedia cui titulus est Lysistrate nihil de hac re apparet. [5]) Quin etiam Platonem ignoravisse κοινωνίαν γυναικῶν, quae in Re Publica commendatur, in Spartanorum civitate revera fuisse, haec verba demonstrant: πολλὰς γὰρ ἀπιστίας ἔχει ἔτι μᾶλλον τῶν ἔμπροσθεν ὧν διήλθομεν. καὶ γὰρ ὡς δυνατὰ λέγεται ἀπιστοῖτ' ἄν, καὶ εἰ ὅτι μάλιστα γένοιτο, ὡς ἄριστ' ἂν εἴη ταῦτα, καὶ ταύτῃ ἀπιστήσεται. [6]) Nihilo magis Aristoteles huius rei mentionem facit in illa

1) II. 92.
2) V. 39, 40.
3) VI. 61 sqq.
4) vs. 177, cf. vs. 909.
5) cf. vs. 105:
ὁ δ' ἐμός γα, κἂν ἐκ ταᾶς ταγᾶς ἔλσῃ πόκα,
πορπακισάμενος φροῦδος ἀμπτάμενος ἔβα.
6) Resp. 450 C.

parte Politicorum notissima ubi de Spartanorum mulieribus agitur. [1]) Praeterea graviter: nemo, inquit, οὔτε τὴν περὶ τὰ τέκνα κοινότητα καὶ τὰς γυναῖκας ἄλλος κεκαινοτόμηκεν .... [2]) (h. e. nemo alius ac Plato) et alibi legimus: Φαλέου δ' ἴδιον ἡ τῶν οὐσιῶν ἀνομάλωσις, Πλάτωνος δ' ἥ τε τῶν γυναικῶν καὶ παίδων καὶ τῆς οὐσίας κοινότης. [3]) Suidas s. v. δακνόμενος (idem s. v. ἵππος) Spartanorum exsecrationem affert: οἰκοδομά σε λάβοι καὶ ἀμβολά, ὅτε ἵππος καὶ ἁ γυνά τοι μοιχὸν ἔχοι. ὡς τούτων πάντων δαπανηρῶν ὄντων καὶ ἐπιζημίων. Aedificandi, vestimenti pulchri, equos alendi studium alicui precantur, (si bene interpretor), res quae magni pretii erant, quibus res familiares dilapidari possunt — denique adulterium. Quae verba igitur longe alia atque diversa sunt ab opinione a posterioribus tradita Spartae adulterium fieri non potuisse mulierum communione instituta. [4])

Id profecto ex locis quos attuli efficere posse mihi videor aliis scriptoribus illam mulierum communionem notam non fuisse. Quo modo autem fieri poterat, ut scriptores posteriores (post quartum saeculum) hunc morem tradiderint, paulo inferius tractabo.

Sed quomodo tandem explicari potest Xenophontem talem Spartanorum morem commemorare? In hac quaestione versantibus neglegendum non est rem ipsam Graecis non tam miram vel inusitatam videri quam hodierno lectori qui, nisi argumenta gravissima afferrentur, incredibilem eam fere putaret. Quam communionem apud feras ac barbaras gentes exstitisse Graecis vulgata opinio est. Cuius

---

1) Pol. 1269 b 12.

2) Pol. 1266 a 34.

3) Pol. 1274 b 9.

4) Plut. Lyc. XV: τοσοῦτον ἀπεῖχε τῆς .... περὶ τὰς γυναῖκας εὐχερείας, ὥστε ὅλως ἄπιστον εἶναι τὸ τῆς μοιχείας παρ' αὐτοῖς, cf. Apopht. Lac. Lyc. 20, p. 228 B C: ubi ὁ Γεραδάτας εἶπεν 'οὐδείς, ὦ ξένε, γίνεται μοιχὸς παρ' ἡμῖν'. Kessler, l. c. p. 64 amplissime tractavit quae scriptores posteriores de Spartanorum consuetudinibus nuptialibus tradiderunt. Apophthegmatum corpus pro veritatis historicae fonte habendum esse nemo contenderit. Collectio est videlicet ex diversis scriptoribus, itaque sententiae discrepantes ibi inveniuntur (cf. Wachsmuth, Einleitung in das Studium der alten Geschichte, p. 234).

rei exempla nonnulla afferre liceat.[1]) Herodotus de Massagetis narrat: *τῆς γὰρ ἐπιθυμήσῃ γυναικὸς Μασσαγέτης ἀνήρ, τὸν Φαρετρεῶνα ἀποκρεμάσας πρὸ τῆς ἁμάξης μίσγεται ἀδεῶς· οὗρος δὲ ἡλικίης σφι πρόκειται ἄλλος μὲν οὐδείς.*[2]) Videmus aetatem nuptialem hic quoque spectandam esse. Similiter de Indis legimus: *μεῖξις δὲ τούτων τῶν Ἰνδῶν τῶν κατέλεξα πάντων ἐμφανὴς ἐστι κατά περ τῶν προβάτων.*[3]) Apud Agathyrsos eundem morem valuisse tradit: *Ἀγάθυρσοι.... ἐπίκοινον δὲ τῶν γυναικῶν τὴν μεῖξιν ποιεῦνται, ἵνα κασίγνητοί τε ἀλλήλων ἔωσι καὶ οἰκήιοι ἐόντες πάντες μήτε φθόνῳ μήτε ἔχθει χρέωνται ἐς ἀλλήλους.*[4]) Quae verba Xenophontis (I. 9) similia sunt; eadem ratio, liberos tali „nuptiali" usu fratres adipisci hominumque invidiam totaliter desinere, hoc loco invenitur. Nonne fortasse Xenophon hoc Herodoti caput respexerit, verbis *χρημάτων οὐκ ἀντιποιοῦνται* dicens *φθόνον* evanescere?

De Nasamonibus commemoratur: *γυναῖκας δὲ νομίζοντες πολλὰς ἔχειν ἕκαστος ἐπίκοινον αὐτέων τὴν μεῖξιν ποιεῦνται τρόπῳ παραπλησίῳ [τῷ] καὶ Μασσαγέται.*[5]) Apud Gindanes mulieres anulatis talis incedunt, nam *κατ' ἄνδρα ἕκαστον μιχθέντα περισφύριον περιδέεται.*[6]) De Machlyibus traditur: *μεῖξιν δὲ ἐπίκοινον τῶν γυναικῶν ποιέονται, οὔτε συνοικέοντες κτηνηδόν τε μισγόμενοι.*[7]) Apud Crestonaeos vir multas uxores ducit.[8]) Ceteri Thraces virgines non custodiunt *ἀλλ' ἐῶσι τοῖσι αὐταὶ βούλονται ἀνδράσι μίσγεσθαι· τὰς δὲ γυναῖκας ἰσχυρῶς φυλάσσουσι.*[9]) Paeones ita faciunt: *κατὰ γυναῖκα ἑκάστην ὁ γαμέων τρεῖς σταυροὺς ὑπίστησι· ἄγεται δὲ ἕκαστος συχνὰς γυναῖκας.*[10]) Haud aliter Xanthus de Magis tradit *κοινάς τε εἶναι τὰς γυναῖκας, οὐ βίᾳ καὶ λάθρᾳ, ἀλλὰ συναινούντων ἀμφοτέρων, ὅταν*

1) Ed. Meyer, G. d. A. I. 1. § 10 A.
2) Her. I. 216.
3) Her. III. 101.
4) IV. 104.
5) Her. IV. 172.
6) Her. IV. 176.
7) Her. IV. 180.
8) Her. V. 5.
9) Her. V. 6.
10) Her. V. 16.

θέλῃ γῆμαι ὁ ἕτερος τῇ τοῦ ἑτέρου, [1]) quae verba nobis Spartanorum consuetudinem qualem Xenophon (I. 8) narrat in mentem revocant. Hic memorandum quoque est quod traditur apud Ephorum, qui refert: εἶναι γάρ τινας τῶν νομάδων Σκυθῶν, γάλακτι τρεφομένους ἵππων, τῇ δὲ δικαιοσύνῃ πάντων διαφέρειν... διότι... κοινὰ πάντα ἔχοντες τά τε ἄλλα καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τέκνα καὶ τὴν ὅλην συγγένειαν. [2]) Nunc Nicolaum Damascenum consideremus quem ex Ephori scriptis hausisse satis constat. [3]) Apud quem eadem Scytharum morum descriptio invenitur. Haec enim legimus: Γαλακτοφάγοι εἰσὶ δὲ καὶ δικαιότατοι, κοινὰ ἔχοντες τά τε κτήματα καὶ τὰς γυναῖκας, ὥστε τοὺς μὲν πρεσβυτέρους αὐτῶν πατέρας ὀνομάζειν, τοὺς δὲ νέους παῖδας, τοὺς δ' ἡλικιώτας ἀδελφούς, παρὰ τούτοις οὐδὲ εἷς, οὔτε Φθονῶν, ὡς φασιν, οὔτε μισῶν, οὔτε φοβούμενος ἱστορήθη, διὰ τὴν τοῦ βίου κοινότητα καὶ δικαιοσύνην. Μάχιμοι δ'οὐχ' ἧττον αὐτῶν αἱ γυναῖκες ἢ οἱ ἄνδρες καὶ συμπολεμοῦσιν αὐτοῖς ὅταν δέῃ. [4]) Alibi de Libyrnis commemoratur: κοινὰς τὰς γυναῖκας ἔχουσιν. [5]) Neque minus memorabilia sunt quae de Saunitibus narrantur: παρὰ Σαυνίταις κατ' ἔτος οἵ τε ἡλίθεοι κρίνονται δημοσίᾳ καὶ αἱ παρθένοι, ὁ δὲ κριθεὶς ἄριστος εἶναι λαμβάνει ἣν βούλεται, εἶθ' ὁ μετ' ἐκεῖνον δεύτερος καὶ οὕτως ἐφεξῆς. [6]) Quae cum iis, quae apud Strabonem conservata sunt, plane congruunt, ubi dicitur: ... ἀλλὰ κρίνεσθαι κατ' ἔτος δέκα μὲν παρθένους, δέκα δὲ τῶν νέων τοὺς ἀρίστους καὶ τὰς ἀρίστας, τούτων τῷ πρώτῳ τὴν πρώτην δίδοσθαι, τῷ δὲ δευτέρῳ τὴν δευτέραν καὶ ἑξῆς οὕτως. [7])

Pura ac sincera coniugum selectio hic invenitur! Exspectaveris sane te in Platonis re Publica optima perfectissimaque esse. Confer Rem Publicam 459 D, ubi commen-

---

1) F. H. G. I. p. 43. fr. 28.

2) Strabo. 302.

3) Reimann, Quo ex fonte fluxerit Nicolai Damasceni παραδόξων ἐθῶν συναγωγή, Philologus 1895; Ed. Meyer, Forschungen I. p. 273; Beloch, Griech. Geschichte I. p. 31; Kessler, l. c. p. 63.

4) F. H. G. Nic. Dam. fr. 123.

5) F. H. G. Nic. Dam. fr. 111.

6) F. H. G. Nic. Dam. fr. 109.

7) Strabo 250.

datur δεῖ μὲν... τοὺς ἀρίστους ταῖς ἀρίσταις συγγίγνεσθαι ὡς πλειστάκις. Attamen non est quod mireris discens apud Massagetas aetatem nuptialem observandam esse, Saunites severe curare ut viri optimi mulieras optimas uxores ducant. Eadem enim ratione qua homines ea quae sibi optima videntur temporibus longe antecedentibus revera fuisse somniant, apud remotas barbarasque gentes felicitatem atque pacem valere neque ulla vestigia huius avaritiae ac morum corruptionis quam Athenis aegerrime tulerunt, inveniri putant. Ita fit haec gentium ferarum et naturalium imago perfecta quam depingere carmine epico iam coeperunt, qua in effigie deinde homines semper sui temporis optata reperiunt. [1])

Athenienses autem saeculo quinto praecipue de matrimonii quaestionibus disputavisse, atque de novis rationibus egisse, ex aequalium scriptis efficere sane possumus. Ex quibus dignissimus est quem afferamus Aristophanes, qui perfectae civitatis imaginem delineans, dicit:

καὶ ταύτας γὰρ κοινὰς ποιῶ τοῖς ἀνδράσι συγκατακεῖσθαι
καὶ παιδοποιεῖν τῷ βουλομένῳ. [2])

et paulo inferius: ... τί δὲ δεῖ; πατέρας γὰρ ἅπαντας
τοὺς πρεσβυτέρους αὐτῶν εἶναι τοῖσι χρόνοισι νομιοῦσιν. [3])

Quae civitas Galactophagorum igitur simillima est (p. 22) Denuo Euripidem [4]) inspiciamus cuius in Protesilao haec verba notissima leguntur:

κοινὸν γὰρ εἶναι χρῆν γυναικεῖον λέχος. [5])

Neque minus memorabilia sunt haec:

νόμοι γυναικῶν οὐ καλῶς κεῖνται πέρι.

---

1) cf. Pöhlmann, l. c. I. p. 113; K. Trüdinger, Studien zur Geschichte der griechisch-römischen Ethnographie p. 133 „Völkeridealisierung".

2) Eccles. 613.

3) Eccles. 636.

4) Dümmler, l. c. p. 50: „Eine gesetzliche Einrichtung, welche Euripides ganz besonders reformbedürftig zu sein schien, war die Ehe, und wenn er über dies Thema auch viel selbst nachgedacht hat, so hat er besonders viel Anregung von der gleichzeitigen sociologischen Litteratur empfangen"; cf. Joël II. p. 66, qui docet nec cynicos adulterium turpe putavisse.

5) fr. 644. Clem. Alex. Strom. VI. II. 24. 5. ad haec verba Platonis Rem Publicam 457 C affert.

χρῆν γὰρ τὸν εὐτυχοῦνθ' ὅτι πλείστας ἔχειν
γυναῖκας, εἴπερ δὴ τροφὴ δόμοις παρῆν. [1])

Quantopere mulierum communio Platoni placuerit, qua fundamento civitatis optimae usus est, omnibus hac in quaestione versantibus notum est. Quam ob rem omnes locos [2]) non exscribam, exempli gratia solum unum afferam, ubi legimus: τοῦ μεγίστου ἄρα ἀγαθοῦ τῇ πόλει αἰτία ἡμῖν πέφανται ἡ κοινωνία τοῖς ἐπικούροις τῶν τε παιδῶν καὶ τῶν γυναικῶν. [3]) Observandum autem est Platonem praedicare talem urbem perfectissimam adhuc nusquam inveniri: οὐδ' ἡντινοῦν, εἶπον, ἀλλὰ τοῦτο καὶ ἐπαιτιῶμαι, μηδεμίαν ἀξίαν εἶναι τῶν νῦν κατάστασιν πόλεως φιλοσόφου φύσεως. [4]) Confer Rem Publicam 450 c, quam supra (p. 19) citavi. Praeterea videmus Platonem quoque civitatem optimam sive temporibus praeteritis sive in regionibus remotis quaerere. Socratem enim dicentem facit: Εἰ τοίνυν ἄκροις εἰς φιλοσοφίαν πόλεώς τις ἀνάγκη ἐπιμεληθῆναι ἢ γέγονεν ἐν τῷ ἀπείρῳ τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ ἢ καὶ νῦν ἔστιν ἔν τινι βαρβαρικῷ τόπῳ, πόρρω που ἐκτὸς ὄντι τῆς ἡμετέρας ἐπόψεως, ἢ καὶ ἔπειτα γενήσεται, περὶ τούτου ἕτοιμοι τῷ λόγῳ διαμάχεσθαι. [5]) Platonis igitur rationes lectoribus novae non fuerunt. [6]) Κοινωνία γυναικῶν est „topos" constans apud omnes, qui civitatem perfectam describunt, sive eam apud gentes devias cogitant sive meditatione animo solum exstruunt. Itaque Xenophon quoque huius

---

1) fr. 417.
2) cf. Resp. 423 C, 449 C, 466 C, Leges 739 C.
3) Resp. 464 B.
4) Resp. 497 B.
5) Resp. 499 D.
6) Schleiermacher adnotat ad Rem Publicam 425: „Doch glaube ich kaum dasz Platon einen so auffallenden und angefochtenen Punkt (κοινωνία γυναικῶν) würde auf dieser Art zur Sprache gebracht haben, wenn diese Theorie seinen Lesern etwas ganz neues gewesen wäre; die Natürlichkeit des Gesprächs wäre zusehr verletzt worden wenn die Teilnehmer über die erste Erwähnung eines so ungeheuern und ganz unbekannten so leicht hingegangen wäre. Darum ist mir schon hieraus wahrscheinlich dasz über diese Theorie aus der Schule war geschwätzt worden, und dasz sie ziemlich allgemein bekannt war, vielleicht schon lange ehe Platon dieses Werk verfaszte". cf. Oncken, Die Staatslehre des Aristoteles I. p. 134. Vide etiam Joël, II. 66.

rationis ignarus certe non fuit. Alii scriptores cum de talibus Spartanorum nuptialibus moribus nihil tradant, inde efficere posse mihi videor illam in hoc libello depictam imaginem veritati historicae non concinere. Sed illam mulierum communionem civitati optimae congruentem Spartae quoque fuisse tradunt ii scriptores igitur qui Spartanorum rem publicam tamquam perfectam depingere volunt. Quin etiam Ephorus rem ad extremum perducit, tradens: *ταῖς δὲ αὐτῶν (Λακεδαιμονίων) γυναιξὶ παρακελεύοντι ἐκ τῶν εὐειδεστάτων κύεσθαι καὶ ἀστῶν καὶ ξένων.* [1]) Quod in fine addit totum locum suspectum reddit.

Apparet igitur ex primo huius libelli capite Xenophontis aequalium quidem opiniones de iis rebus quas Xenophon hic tractavit colligi posse, Spartanorum autem leges ac mores non cognosci. Praeterea omnia philosophorum modo considerantur, et praecipue causae morales explorantur cur Lycurgus ea dederit, ita ut difficillimum sit veritatem historicam siccam discernere. [2]) Xenophontis auctoritas multum valuit ad memoriam tradendam et quo modo Platonis rationes eam mutaverint Kessler iam ostendit. Quam theoreticorum vim facile quoque animadvertere possumus in iis quae de Lacaenarum dote tradita sunt. Apud posteriores vulgata enim opinio est Spartanorum legem vetare in matrimonio ineundo dotem dari. Cuius interdicti Euripides nullam notitiam habet, cum Helenam dicentem facit:

ἐδνώσομαι τε θυγατέρ' ἣν οὐδεὶς γαμεῖ, [3])

atque in „Andromache" Hermione iactatur:

ἀλλ' ἐκ Λακαίνης Σπαρτιάτιδος χθονὸς
Μενέλαος ἡμῖν ταῦτα δωρεῖται πατὴρ
πολλοῖς σὺν ἔδνοις, ὥστ' ἐλευθεροστομεῖν. [4])

---

1) F. H. G. Nic. Damasc. fr. 114. 6.

2) Guiraud, La propriété foncière en Grèce p. 56 A. 2, contendit ne familia extingueretur talia consilia iniri posse qualia Xenophon in paragraphis 7, 8, 9 narrat. Quod indicium sane est quanta Xenophontis auctoritas sit.

3) Helena 933.

4) Andromache 153.

Quin etiam Aristoteles contrarium docet, qui narrat τὸ προῖκας διδόναι μεγάλας apud Spartanos morem usitatum fuisse. [1]) Sine dubio hac quoque in parte theoreticorum auctoritas valuit. Plato enim commendat: γαμοῦνται δὲ καὶ ἐκδιδόνται μήτ' οὖν διδόναι μήτε δέχεσθαι προῖκα τὸ παράπαν [2]) et alibi legimus: περὶ δὲ προικὸς εἴρηται μὲν καὶ πρότερον, εἰρήσθω δὲ πάλιν ὡς ἴσα ἀντὶ ἴσων ἐστὶ τῷ μήτε λαμβάνοντι μητ' ἐκδιδόντι διὰ χρημάτων ἀπορίαν γηράσκειν τοὺς πένητας. [3]) Phaleas Chalcedonius τῷ τὰς προῖκας τοὺς μὲν πλουσίους διδόναι μὲν λαμβάνειν δὲ μή, τοὺς δὲ πένητας μὴ διδόναι μὲν λαμβάνειν δέ, [3]) iam putavit ita fore ut divitiae ac paupertas evanescerent.

---

1) Ar. Pol. 1270 a 25.
2) Leges 742 C.
3) Leges 774 C.
4) Ar. Pol. 1266 b 3.

CAPUT SECUNDUM

DE BONORUM AEQUATIONE

Deinde ad caput sextum transeamus quoniam hoc quod ad argumentum pertinet cum capite primo arte coniunctum est.

§ 1, 2. Denuo Lycurgus dicitur ceterorum Graecorum moribus contraria instituisse: *ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις πόλεσι τῶν ἑαυτοῦ ἕκαστος καὶ παίδων καὶ οἰκετῶν καὶ χρημάτων ἄρχουσιν.* Spartanis autem Lycurgus praecepit ut quisque pariter in ceterorum civium liberos atque in suos ipsius ius haberet. Ex usu nuptiali qualem primum caput nobis depingit hoc sponte fere efficitur ut omnes igitur in liberos communes patriam potestatem habeant; ex *κοινωνίας γυναικῶν* natura facile sequitur. Quae Xenophon hac in re narrat Spartae valuisse invenimus etiam apud alios scriptores qui de *κοινωνία γυναικῶν* agunt sive eam in republica optima sive apud gentes feras ac naturales perfectam cogitant. Aristophanes postquam praedicavit in nova civitate mulieres communes fore deinde pergit:

πατέρας γὰρ ἅπαντας
τοὺς πρεσβυτέρους αὐτῶν εἶναι τοῖσι χρόνοισι νομιοῦσιν. [1])

Apud Nicolaum Damascenum quoque legimus mulieres *κοινὰς* esse *ὥστε τοὺς μὲν πρεσβυτέρους αὐτῶν πατέρας ὀνομάζειν, τοὺς δὲ νέους παῖδας.* [2])

Puer Spartanus si queritur cum patre quod vapulet *αἰσχρὸν ἐστι μὴ οὐκ ἄλλας πληγὰς ἐμβάλλειν τῷ υἱεῖ·* tantam mutuam inter se fidem habent ut credant neminem pueros

1) Eccles. 636.
2) F. H. G. fr. 123.

poenis turpibus affecturum esse. Consuetudines Spartanorum quales Xenophon refert optimae sane sunt. Si cum capite primo coniungimus capitis sexti paragraphos primam et secundam Sparta hac ratione civitatem se nobis offert in qua theoreticorum placita atque sententiae perfecta sunt. Quae omnia cum veritate historica non concinere capite primo tractato manifestum est.

§ 3. Quae Spartanorum concordia eo progressa est ut iis liceret omnibus servis, canibus venaticis, equis, curribus in promiscuo uti. Quae cum ita sint, vir pauper igitur ex ditium commodis fructum voluptatemque capit.

Opulentiae paupertatisque discrimen ipsum Spartae exstare non negat; etenim in fine huius capitis legimus: οἱ τὰ μικρὰ ἔχοντες.... Aristoteles simillima docet. [1]) Sed Xenophontis et Aristotelis verba nimis inter se conveniunt quam ut Aristotelem huius loci veritatem historicam demonstrae posse arbitremur. Quam similitudinem Frick putat hinc explicandum esse quod cum Xenophon tum Aristoteles eodem fonte usi sint. [2]) Xenophontis libelli autem vis ad Aristotelis scripta cum in universum agnosci possit, [3]) mihi probabilius fit Aristotelem a Xenophonte has sententias recepisse.

Si autem ea, quae nobis in paragrapho tertia narrantur, accuratius jejuneque consideramus id solum discimus Spartanos, si quis earum rerum, quas supra enumeravi, inopia premeretur, haec omnia ei commodavisse. Officia vero sunt quae profecto ubique inveniri possunt. Spartanorum laudator autem eo consilio id ita praedicat ut ostendat quam comes ac faciles homines ibi se praestent. [4])

§ 4. Praeterea Lycurgus dicitur aliud quid instituisse

---

1) Pol. 1263 a 30.

2) Woch. f. kl. Phil. 1912 p. 318 A 1.

3) Köhler, l. c. Schenkl, Berl. Phil. Woch. 1908 p. 3, contendit Aristotelem Xenophontis libellum non magni quidem aestimavisse, meliores autem fontes cum deessent, hoc tamen usum esse. cf. K. Münscher, Philologus 1920 p. 37.

4) Neglegendum non est Aristotelem tradidisse tales mores consuetudinesque valuisse ἐν ἐνίαις πόλεσιν.

quod alibi nunquam reperimus. Si ii, qui venandi studio sero redirent, exigua cibi copia parati victu carerent, Lycurgus legibus sanxit τοὺς μὲν πεπαμένους καταλείπειν τὰ πεποιημένα, τοὺς δὲ δεόμενους ἀνοίξαντας τὰ σήμαντρα, λαβόντας ὅσων ἂν δέωνται, σημηναμένους καταλιπεῖν. Quae verba ita explicanda esse mihi videntur quod venatoriis in casis res frumentaria provideri posset. [1]) Aristoteles dicit κ' ἂν δὲ δεηθῶσιν ἐφοδίων, si venatoribus iis rebus quibus in itinere uti solerent opus esset.

Idem igitur dicere vult atque Xenophon, hominibus qui in agris sunt (ἐν τοῖς ἀγροῖς κατὰ τὴν χώραν) licere ceterorum civium rebus uti, sed verbis parum definitis et incertis. Quae consuetudo autem Spartanorum nec propria nec insignis est. Apud eos, venandi studiosos, tales casas affuisse non est quod mireris; etenim omnibus in regionibus ubi incolae venatione valde delectantur illae nobis occurrunt. Tum repente subsequuntur haec verba: τοιγαροῦν οὕτως μεταδιδόντες ἀλλήλοις καὶ οἱ τὰ μικρὰ ἔχοντες μετέχουσι πάντων τῶν ἐν τῇ χώρᾳ ὁπόταν τινὸς δεηθῶσιν. Hoc igitur enuntiatum totius capitis summam paucis verbis comprehensam reddere vult, quod autem minime efficit. Multo enim plura continet. Subito in huius capitis verbis extremis sermonis color mutatur neque facta scriptor laudat sed sententiam generalem et amplam affert: possessionem quidem Spartae privatam, usum autem communem fuisse. Quae verba perspicue demonstrant Xenophontem in animo habere Spartanorum res ita describere ut omnibus numeris perfectae sint; hac enim in re facile animadverti potest quantopere res in maius ferat neque quae supra relata sint reddi. Quippe ex paragraphis antecedentibus colligere non licet Spartanis omnium bonorum usum communem fuisse, quod vox σήμαντρα ipsa iam plane vetat. Postquam enim sigillis apertis ceperunt quantum victus sibi opus esset oportebat eos σημηναμένους καταλιπεῖν. Casae ianua clausa et obsignata erat. Sed ex huius capitis fine

1) Frick l. c.: „Es scheinen Einrichtungen wie die heutigen Jagdhütten gemeint zu sein".

Xenophontem theoreticum rursus cognoscimus. Quod enim condiciones quales hoc enuntiatum ultimum nobis depingit Xenophontis aequalibus optimae perfectissimaeque videbantur, eo efficere possumus quod scriptores Athenienses cogitaverunt eas temporibus longe antecedentitus valuisse et ad civitatem ubi εὐνομία esset aptas convenientesque esse.[1]) Ita apud Isocratem Athenas antiquas describentem legimus: αἱ μὲν γὰρ κτήσεις ἀσφαλεῖς ἦσαν, οἵσπερ κατὰ τὸ δίκαιον ὑπῆρχον, αἱ δὲ χρήσεις κοιναὶ πᾶσι τοῖς δεομένοις τῶν πολιτῶν.[2]) Nullo modo in hoc capite bonorum aequationis antiquissimae vestigia inveniri possunt.[3]) De hac re in capite sequenti copiosius disseram, ut ostendam quantopere ex contrario theoreticorum rationes ad bonorum communionem pertinentes ad Spartanorum memoriam tradendam potuerint.

Caput Septimum. Priusquam ad ipsum argumentum huius capitis transeamus et exploremus, cum huius sententiis aliorum scriptorum dictis comparatis, num haec omnia ex re descripta sint, permagni interest nos statim animadvertere sententiarum rationem et sonum quae hoc caput nobis ostendit. Genus dicendi plane rhetoricum est, atque stilus nobis ἐγκωμίου sermonem in mentem revocat. Ut nonnulla exempla afferam, verba: οὐ γὰρ ἐσθῆτος πολυτελείᾳ ἀλλὰ σώματος εὐεξίᾳ κοσμοῦνται (§ 4) et quae paulo inferius legimus: ἐπιδείξας τὸ μὲν ψυχῆς, τὸ δὲ πλούτου ἔργον artem rhetoricam manifesto indicant. Non solum in hoc capite sed etiam toto libello praecipue contraria crebra inveniuntur. Observabimus identidem quantopere Xenophon oppositionibus faveat. Qua in re hic libellus Agesilai laudationi simillimus est; confer e. g. locum notissimum, ubi Agesilaus sorori suadet ut equos alat victoriaque ostendat τὸ θρέμμα τοῦτο οὐκ ἀνδραγαθίας, ἀλλὰ πλούτου ἐπί-

---

1) p. 40.

2) Areopagiticus 35.

3) Quod putat Ed. Meyer, G. d. A. II. § 211: „Auch sonst haben sich in Sparta manche Reste der ursprünglichen Gemeinwirtschaft erhalten... ...die Jedem gewährte Erlaubniss, die Habe eines andern für seinen augenblicklichen Bedarf zu benutzen".

δειγμα (εἶναι). [1]) Quae Agesilai laudatio talibus contrariis rhetoricis sane redundat. [2]) Ex huius igitur capitis sermone iam intellegimus scriptorem in animo habere Spartam laudibus efferre et celebrare.

Consideremus autem nunc capitis argumentum.

§ 1—5. Lycurgus dicitur omnibus Spartanis liberis χρηματισμοῦ studium interdixisse. Cur enim vir Spartanus divitias expeteret? τί οὖν ἂν ἐκεῖ χρηματισμὸς σπουδάζοιτο..., qua in civitate ἡ κτῆσις πλείους λύπας ἢ ἡ χρῆσις εὐφροσύνας παρέχει; Si quis enim auri argentique possessor deprehendatur gravi supplicio afficiatur. Suntne haec omnia ex re descripta? Spartani impediebantur ne divitias sibi parerent? Spartae aurum argentumque investigabatur et, sicubi civis haec possideret, puniebatur?

Herodotum harum condicionum ullam notitiam habuisse haudquaquam animadvertimus. Ex libro primo (c. 153) apparet Spartanos, sicut alios Graecos, in foro vendere et emere. Alibi commemorat famam Lacedaemonios pecuniam accepisse. [3]) Herodotus dubitat quidem num verum sit, non hac de causa autem quod Spartani vetarentur pecuniam possidere. — Maeandrius traditur Cleomenem poculis aureis et argenteis temptavisse. Cleomenes ephoros rogat ut eum finibus expellant, cum ceteri cives fortasse minus strenui sint. [4]) Asiae Minoris gentium divitiae ab Aristagora Milesio Spartanis illecebrae ostenduntur. [5])

---

1) Ages IX. 6.

2) cf. XI. 7, 9, 14. — Blass, Attische Beredsamkeit p. 441—452, magnas similitudines inter Xenophontis Agesilaum, Hipparchicum, Lacedaemoniorum rempublicam demonstrat, quae scripta eundem sonum referunt, et verba γε μήν, ἀλλὰ μήν, καὶ μήν et contraria assidua praebent. Dümmler, Zu Xenophons Agesilaos, Philologus 1895 p. 578: „Andrerseits hat die Gerichtsrede des fünften und angehenden vierten Jahrhunderts einen entschiedenen Einflusz auf Xenophons Schreibweise geübt, sobald er sich von der einfachen Erzählung entfernte. In dieser ursprünglich zu Hause sind wohl zunächst zwei von Xenophons beliebsteten Kunstmitteln, die Anapher und die rhetorische Frage". — Seyffert, De Xenophontis Agesilao quaestiones p. 41, contendit Xenophontem Gorgiae dicendi praecepta respexisse. cf. Norden, Antike Kunstprosa I. 102; vide etiam Habben, l. c. p. 57.

3) III. 56. 4) III. 148. 5) V. 49.

Alibi refert ἀνθρώπων (Spartanorum) τε ὀλβίων θυγατέρα. [1]) Leutychides dicitur pecunia corruptus esse. Nempe in indicium vocatus est, quod autem aliis in civitatibus quoque factum esset. Sed de auri argentive interdicti nullum nuntium affert. [2]) Alius locus nos docet apud Spartanos captivos duobus minis redimi. [3]) Cleomenes corruptelae accusatur. [4]) Euagoras fertur Olympia vicisse; equos alere opulentiae sane indicium est. [5]) Quod Spartani opes consectantur apparet ex Glauci habitu qui Milesio cuidam pignus reddere non vult. [6]) Duo viri, φύσι τε γεγονότες εὖ καὶ χρήμασι ἀνήκοντες ἐς τὰ πρῶτα capitibus nuntiorum caedem luere volunt. [7]) Artabazus in Graecorum urbes atque in Spartam auri mittendi consilium cepit, deliberans ἔχειν γὰρ χρυσὸν πολλὸν... παραδώσειν τὴν ἐλευθερίην. [8])

Alibi [9]) tradit quanta praeda Plataeis victoribus cesserit; qua ex praeda suam quisque partem (atque aurum et argentum) obtinuit, Pausaniae autem pars decemplex secreta est. Pausaniam Mardonii tentorii luxuria obstupuisse [10]) minime mirandum est. Graeci, atque adeo huius temporis Athenienses, Orientis incolarum luxu assueti non erant. Pausanias enim omnes Graecos neque solum Spartanos alloquitur demonstans quantum ab illa luxuria Graecorum frugalitas et parsimonia differat. — Ex iis quae commemorat de Thebarum obsidione apparet Thebanos quoque ignorare Spartanorum leges pecuniae possessionem vetare. Necnon Timagenidas putavit se Spartanorum animos pecunia data flexurum esse. [11])

Alcaeus canit:

ὡς γὰρ δὴ ποτ' Ἀριστόδαμόν φαισ' οὐκ ἀπάλαμνον
ἐν Σπάρτᾳ λόγον
εἶπην· 'χρήματ' ἄνηρ·' πένιχρος δ' οὐδεὶς πέλετ' ἔσλος
οὐδὲ τίμιος. [12])

---

1) VI. 61. 15.
2) VI. 72.
3) VI. 79.
4) VI. 82.
5) VI. 103.
6) VI. 86.
7) VII. 134.
8) IX. 41.
9) IX. 80, 81.
10) IX. 82.
11) IX. 87, 88.
12) Anthol. Lyr. ed. Hiller, fr. 59 (50).

Inscriptionem quinti saeculi Tegeae inventam viri docti identidem tamquam indicium apertum attulerunt, quo demonstrent Spartanis interdictum fuisse ne pecuniam possiderent [1]) eosque hanc ob causam opes in templo externo deposuisse. Legitur enim in hac inscriptione notissima:

A. Ξουθίαι : τõι Φιλαχαίō : διακατίαι μναĩ : Αĩ κ'αὐτὸς ε͂ι, ἴτō ἀνελέσθō : αἰ δὲ κ'ἀποθάνēι, : τõν τέκνōν : ἔμεν, : ἐπεί κα πέντε ϝέτεα : hεβõντι : αἰ δέ κα μὲ γένētαι τέκνα, τõν ἐπιδικατõν ἔμεν· διαγνόμεν δὲ : τὸς Τεγεάτα[ς] κὰ τὸν Θεθμόν.

B. Ξουθίαι παρκαθέκα τõι Φιλαχαίō τετρακατίαι μναĩ ἀργυρίō. Εἰ μέν κα ζόē, αὐτὸς ἀνελέσθō· αἰ δέ κα μὲ ζόē, τοὶ υἱοὶ ἀνελόσθō τοὶ γνēσίοι, ἐπεί κα ἐβάσōντι πέντε ϝέτεα· εἰ δέ κα μὲ ζõντι, ταὶ θυγατέρας ἀνελόσθō ταὶ γνēσίαι· εἰ δέ κα μὲ ζõντι, τοὶ νόθοι ἀνελόσθō· εἰ δέ κα μὲ νόθοι ζõντι, τοὶ ϝ᾽ς ἄ(σ)σιστα πόθικες ἀνελόσθō· εἰ δέ κ'ἀνφι(λ)λέγōντ(ι, τ)οὶ Τεγεάται διαγνόντō κὰ τὸν Θεθμόν. [2])

Kirchhoff [3]) et Roehl [4]) ad hanc inscriptionem attulerunt Posidonii locum quem Athenaeus [5]) servavit, ubi legimus Λακεδαιμόνιοι δ' ὑπὸ τῶν ἐθῶν κωλυόμενοι εἰσφέρειν εἰς τὴν Σπάρτην, ὡς ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ Ποσειδώνιος, καὶ κτᾶσθαι ἄργυρον καὶ χρυσὸν ἐκτῶντο μὲν οὐδὲν ἧττον, παρακατετίθεντο δὲ τοῖς ὁμόροις Ἀρκάσιν. Deinde apud scriptores posteriores quoque, qui hac in re versantur, atque in enchiridiis inscriptio Tegeaea una cum Posidonii verbis affertur, ut comprobent Spartae legibus sanctum fuisse ne cives divitias sibi parerent. Quod autem iniuria factum esse puto. Primum enim non constat illum Xuthiam, cuius nomen nobis in titulo occurrit, Spartanum fuisse. [6]) Atqui Xuthias si Spartanus

---

1) e. g. Ed. Meyer, Forschungen I. 256; Gilbert, Handbuch der Gr. Staatsaltertümer I. p. 87. A. 2.

2) Solmsen, Inscr. Graec. ad inlustr. dial. sel. n° 29.

3) Monatsberichte der Akademie der Wissenschaften zu Berlin, 1870.

4) I. G. A 68.

5) Athen. VI. 233 F.

6) In Recueil des Inscriptions juridiques grecques, Dareste-Haussoulier-Reinach XXIII. p. 60 hic titulus tractatur. Nonnulli Xuthiam Spartanum putaverunt (Roehl et Kirchhoff), alii „guidés par le nom Philachaios tiennent le testateur pour un Achéen (ou peut-être un perièque laconien de race achéenne). Cette dernière opinion nous paraît

fuisset quid tandem efficeret? Graeci locupletiores saepe pecuniam in templis deponebant, et perturbationes civiles assiduas metuentes fieri poterat ut in delubris externis quoque deponerent e. g. Themistocles res familiares Argos apportavit. [1]) Praeterea quod cives pecuniam occultant minime sane demonstrat in eorum civitate auri argentique possessionem vetitam fuisse. Etenim Athenis δίκαι παρακαταθήκης vulgo fiebant; opes enim celabant ut bonorum publicationes, quae cum rerum conversionibus iungi solebant, atque tributa magna acerbaque effugerent. [2]) Fieri igitur potest ut ille Xuthias — fac ut Spartanus fuerit — ob tales causas pecuniam Tegeae deposuerit. — De Posidonii verbis aliquanto inferius disseram.

Sophocles nos docet virum Spartanum certaminibus curruum Pythiis interfuisse, qui dives igitur fuit. [3]) Nunc Euripidem consideremus, cuius ex comoedia cui titulus Andromache Spartanorum frugalitas minime patefit. Hermione iactatur his verbis:

κόσμον μὲν ἀμφὶ κρατὶ χρυσέας χλιδῆς
στολμόν τε χρωτὸς τόνδε ποικίλων πέπλων
οὐ τῶν Ἀχιλλέως οὐδὲ Πηλέως ἄπο
δόμων ἀπαρχὰς δεῦρ' ἔχουσ' ἀφικόμην,
ἀλλ' ἐκ Λακαίνης Σπαρτιάτιδος χθονός. [4])

et alibi Andromache Hermionae Lacaenae dicit:

πλουτεῖς δ' ἐν οὐ πλουτοῦσι. [5])

eique obicit:

οὐκ αἰσχροκερδεῖς. [6])

Scholiasta adnotat: καὶ Ἀριστοτέλης δὲ τοῦτο ἱστορεῖ ἐν τῇ

---

plus vraisemblable, notamment pour les raisons philologiques". cf. Meister, Berichte über die Verhandlungen der königl. sächs. Ges. der Wiss., 1896, p. 266; qui ostendit sermonem Spartanum non esse et putat Xuthiam Achaeum fuisse ex perioecorum urbe. Vide etiam Meister, Dorer und Achäer, Abh. der kön. sächs. Ges. d. Wiss. 24: 3, 1906.

1) Thuc. I. 137. cf. Büchsenschütz, Besitz u. Erwerb im Griechischen Altertum p. 508.

2) Hasebroek, Zum Griech. Bankwesen, Hermes 1920 p. 155.

3) Electra 701.

4) Andromache 146.

5) vs. 211.

6) vs. 451.

τῶν Λακώνων πολιτείᾳ (fr. 544) καὶ τὸ ὑπὸ θεοῦ αὐτοματισθὲν προστίθησιν· ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ γ' οὐδέν'. [1])

Nec aliter res se habet apud Aristophanem qui Hermem dicentem facit:

καὐπείθον τῶν Λακώνων τοὺς μεγίστους χρήμασιν.
οἱ δ' ἅτ' ὄντες αἰσχροκερδεῖς καὶ διειρωνόξενοι..... [2])

Similiter alio loco legimus:

τῶν δὲ συμμάχων ἔσειον τοὺς παχεῖς καὶ πλουσίους, [3])

Chorus in comoedia quae Λυσιστράτη inscribitur Spartanorum avaritiam his verbis vituperat:

καὶ πάνυ δέδοικα μὴ τῶν Λακώνων τινὲς
δεῦρο συνελκυσθότες ἄνδρες ἐς Κλεισθένους
τὰς θεοῖς ἐχθρὰς γυναῖκας ἐξεπαίρωσιν δόλῳ
καταλαβεῖν τὰ χρήματ' ὑμῶν τόν τε μισθόν,
ἔνθεν ἔζων ἐγώ.
δεινὰ γάρ τοι τάσδε γ' ἤδη τοὺς πολίτας νουθετεῖν,
καὶ λαλεῖν γυναῖκας οὔσας ἀσπίδος χαλκῆς πέρι,
καὶ διαλλάττειν πρὸς ἡμᾶς ἀνδράσιν Λακωνικοῖς,
οἷσι πιστὸν οὐδέν, εἰ μή περ λύκῳ κεχηνότι. [4])

Iam Thucydidem inspiciamus apud quem οἱ τὰ μείζω κεκτημένοι commemorantur. [5]) Archidamus, Spartanorum rex, eos de Atheniensis belli periculis his verbis admonet: καὶ οὔτε ἐν κοινῷ ἔχομεν οὔτε ἑτοίμως ἐκ τῶν ἰδίων φέρομεν (χρήματα). [6]) Iis qui ex his verbis concludere volunt Spartae publicum plane defuisse longius progressi sunt. Neglegendum enim non est Archidamum consilio Spartanorum condiciones nummarias atrocissimas difficillimasque depingere. Omnes sententiae ad hanc rem pertinentes, quae apud Thucydidem inveniuntur, sine dubio inficiuntur opinione eius qui loquitur. Sed utcumque res se habet, hominibus privatis opes fuisse profecto apparet. — Nuntii Corinthii de pecuniae reditu publico melius indicium faciunt: ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης τε ἑκάστοις οὐσίας ἐξαρ-

1) De hac sententia confer Ed. Meyer, Forschungen I. 266; Pöhlmann, l. c. I. 103.
2) Pax 621.
3) vs. 639.
4) Lys. 620—629.
5) I. 6.
6) I. 80. 4.

τυσόμεθα καὶ ἀπὸ τῶν ἐν Δελφοῖς καὶ Ὀλυμπίᾳ χρημάτων.[1] Haudquaquam igitur commemorant Spartae soli οὐσίαν deesse. Pericles, qui de Peloponnensibus dicit: καὶ οὔτε ἰδίᾳ οὔτε ἐν κοινῷ χρήματά ἐστιν αὐτοῖς[2] rem in maius tollit.[3]

Alibi tradit Megabazum missum esse ut Spartanos pecunia corrumperet.[4] Ex alio loco apparet Pausaniam ipsum opes habuisse: ἰδίᾳ δὲ αὐτὸς τριήρη λαβὼν....[5] Pericles Spartam significans odiose οὐκ, inquit, ἀπὸ μέρους τὸ πλεῖον ἐς τὰ κοινὰ ἢ ἀπὸ ἀρετῆς προτιμᾶται, οὐδ' αὖ κατὰ πενίαν, ἔχων δέ τι ἀγαθὸν δρᾶσαι τὴν πόλιν, ἀξιώματος ἀφανείᾳ κεκώλυται.[6] Spartae igitur paupertas rei publicae actioni atque administrationi obstabat. — Spartanis contigit ut civibus Pyli circumclusis victum providerent: τάξαντες ἀργυρίου πολλοῦ καὶ τῶν Εἱλώτων τῷ ἐσαγαγόντι ἐλευθερίαν ὑπισχνούμενοι.[7] Pyli ἦσαν οἱ Σπαρτιᾶται αὐτῶν πρῶτοι τε καὶ ὁμοίως σφίσι ξυγγενεῖς.[8] Captivos qui e Sphacteria redierunt ἀτίμους ἐποίησαν, ἀτιμίαν δὲ τοιάνδε ὥστε μήτε ἄρχειν μήτε πριαμένους τι ἢ πωλοῦντας κυρίους εἶναι.[9] In regem Agim gravius consuluerunt atque decreverunt δέκα μυριάσι δραχμῶν ζημιῶσαι.[10]

Plato quoque Spartanorum opulentiae et paupertatis notitiam habet. Socratem Alcibiadi dicentem facit: τοῦτο μὲν γὰρ εἰ ἐθέλεις εἰς τοὺς Λακεδαιμονίων πλούτους ἰδεῖν, γνώσει ὅτι πολὺ τ'ἀνθάδε τῶν ἐκεῖ ἐλλείπει· ... χρυσίον δὲ καὶ ἀργύριον οὐκ ἔστιν ἐν πᾶσιν Ἕλλησιν ὅσον ἐν Λακεδαίμονι ἰδίᾳ.[11] In Alcibiade Secundo de Lacedaemoniis dicitur: χρήματα οὐ-

---

1) I. 121. 3. cf. I. 123: εἰ ἄρα πλούτῳ τε νῦν καὶ ἐξουσίᾳ ὀλίγον προφέρετε.

2) I. 141.

3) Quoniam hac in re versamur hic digna est quam commemoremus inscriptio Spartae inventa, ubi tributa enumerantur, quae singulae civitates vel homines Lacedaemoniis ad bellum gerendum dederunt. — cf. Boeckh, C. I. G. 1511; I. G. A. 69; I. G. VI: 1; Ditt. Syll.[3]. I. 84; Fraenkel, Rh. Museum. 57, 1902 p. 534 disserit de loco ubi hic titulus inventus est.

4) I. 109.

5) I. 129.

6) II. 37.

7) IV. 26.

8) V. 15.

9) V. 34.

10) V. 67. Schoemann-Lipsius I. 259 plura exempla affert quibus docet Spartanorum reges ducesque identidem multa et pecunia multatos esse.

11) Alcibiades Primus 122 D.

δὲν ἐλάττω κεκτημένοι τῆς ἡμετέρας πόλεως.[1]) In Legibus quoque Spartanorum πενία et πλοῦτος commemorantur.[2])

Similiter auctor dialogi cui titulus Ἱππίας Μείζων Socratem Hippiam rogantem facit: τόδε δέ μοι εἰπέ, σὺ αὐτὸς πόθεν πλεῖστον ἀργύριον ἠργάσω τῶν πόλεων εἰς ἃς ἀφικνῇ; ἢ δῆλον ὅτι ἐκ Λακεδαίμονος, οἷπερ καὶ πλειστάκις ἀφῖξαι; Hippias respondet: οὐ μὰ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες. Tum Socrates causam explorat: Ἆρ' οὖν χρημάτων ἐνδεία ἔφευγον τὴν σὴν ὁμιλίαν; quod Hippias his verbis prorsus negat: οὐ δῆτα, ἐπεὶ ἱκανὰ αὐτοῖς ἐστιν.[3])

Isocrates de pueris Spartanis furantibus agens narrat: ἐν ᾗ συμβαίνει τοὺς μὲν ληφθέντας ἀργύριον ἀποτίνειν καὶ πληγὰς λαμβάνειν.[4]) Alibi Spartanorum avaritiam graviter perstringit[5]) et his verbis increpat: βλέπουσι γὰρ εἰς οὐδὲν ἄλλο πλὴν ὅπως ὡς πλεῖστα τῶν ἀλλοτρίων κατασχήσουσιν.[6])

Aristoteles in Spartanorum pecuniae aviditatem et utilitatis suae curam irato animo est, quod his verbis exponitur: ὥστ' ἀναγκαῖον ἐν τῇ τοιαύτῃ πολιτείᾳ τιμᾶσθαι τὸν πλοῦτον[7]) et aliquanto inferius legimus: τὰ δὲ περὶ τὰς γυναῖκας ἔχοντα μὴ καλῶς ἔοικεν,.... οὐ μόνον ἀπρέπειάν τινα ποιεῖν τῆς πολιτείας αὐτῆς καθ' αὑτὴν, ἀλλὰ συμβάλλεσθαι τι πρὸς τὴν φιλοχρηματίαν.[8]) Alio loco liberos πλουσίων et πενήτων refert.[9]) ὅταν οἱ μὲν ἀπορῶσι λίαν οἱ δ' εὐπορῶσιν, sicut Spartae factum est, ἡ ἀριστοκρατία ὀλιγαρχία εἶναι (δοκεῖ).[10])

Athenaeus tradit Spartanos locupletiores praeter cibum cotidianum aliud quid in syssitia contulisse παραχορηγοῦντος αὐτὰ τοῖς φιδίταις ἑνὸς τῶν εὐπορούντων, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ πλειόνων.[11]) Persaeus περὶ τῶν ἐπαίκλων nos docet καὶ εὐθὺς τοὺς μὲν εὐπόρους ζημιοῖ εἰς ἐπάικλα.[12])

Quin etiam Spartanorum lucri studium proverbii locum obtinuit. Pollux enim commemorat καὶ μὴν τὸ Πελοποννησίων νόμισμα χελώνην τινὲς ἠξίουν καλεῖν ἀπὸ τοῦ τυπώματος.

---

1) Alcibiades Secundus 149 A.
2) Leges 696 B.
3) Hippias Maior 283 B.
4) Panath. 221.
5) Panath. 184.
6) Panath. 188.
7) Pol. 1269 b 23.
8) Pol. 1270 a 11.
9) Pol. 1294 b 23.
10) Pol. 1306 b 36.
11) Athen. IV. 140 E.
12) Athen. IV. 140 F.

ὅθεν ἡ μὲν παροιμία 'τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν σοφίαν νικᾶντι χελῶναι'. [1])

Nemo sane dubitabit quin Spartae Peloponnesiaco bello magna pecunia opus fuerit atque Lysander auri argentique copiam Spartam attulerit. Ii quoque qui credunt Lycurgi legibus certe sanctum fuisse ne quis opes possideret, concedunt tamen iis temporibus hoc interdictum plane neglectum iacuisse. Quam ob rem omnes locos Thucydideos, ex quibus discimus Persarum regem in Spartam aurum argentumque misisse et militibus mercennariis multum pecuniae pensum esse, non citabo. Quid autem apparet? Indicia historica de Spartanorum institutis ubi se nobis offeruntur prorsus ignorare Spartanos suis temporibus vetitos esse opes possidere. Quin etiam saeculo quarto ineunte memoria cum oritur Lycurgi legibus prohibitum fuisse ne quis divitias quaereret, tum hi scriptores tradunt id interdictum diebus praeteritis quidem valuisse, suis autem temporibus iam diu violatum esse. [2]) Xenophon ipse quoque in hoc libello dicit: νῦν δ' ἔστιν οὓς καὶ καλλωπιζομένους ἐπὶ τῷ κεκτῆσθαι (XIV. 3).

Ante saeculum quartum igitur nec rerum scriptores nec poetae huius Lycurgi interdicti ullam mentionem faciunt, postea dicunt illud antiquitate valuisse. Rogaverit quispiam quomodo tandem explicari possit Xenophontem hoc in capite Spartanos ita laudibus efferre quod divitias non sectarentur, aurum argentumque possidere vetarentur? Iam observavimus Xenophontem Spartam civitatem tamquam optimam perfectissimamque describere velle. Nonne condiciones quas nobis in capite septimo depingit tali rei publicae convenientes optataeque sunt? Ut Athenis pecunia totam vitam cotidianam imperio tenuit, opulentia paupertasque inter se magis magisque discordaverunt — quod fieri incipit inde a quinto saeculo et quarto saeculo ad

---

1) IX. 74.

2) Schoemann-Lipsius, l. c. I. 222: „Sobald es anfängt in der Geschichte etwas heller zu werden, das ist sobald wir Thucydides' und Xenophons Berichte über Sparta haben, finden wir Andeutungen genug aus denen hervorgeht dasz die Vermögensungleichheit bei den Spartanern kaum weniger grosz als anderswo gewesen sei".

summum venit — poetis et theoreticis in mentem venit eam pecuniam miseriae acerbitatumque causam esse. Nonnulli homines rem privatam perniciosam ac funestam ducunt; rationes ad bonorum aequationem pertinentes fiunt, quam χρημάτων κοινωνίαν civitati optimae congruere putant. [1]) Cuius studii vestigia multa apertaque nobis ante oculos veniunt.

Pythagoreos iam illam rerum communionem praecepisse Diogenes Laërtius, qui Pythagorae sententias servavit, nobis his verbis ostendit: εἶπέ τε πρῶτος (ὁ Πυθαγόρας) ὥς φησι Τίμαιος κοινὰ τὰ φίλων εἶναι καὶ φιλίαν ἰσότητα [2]), et alibi apud eundem legimus eos vetuisse ἴδιον μηδὲν ἡγεῖσθαι. [3])

Sophocles quoque dicit pecuniam hominibus calamitates ac mala attulisse:

οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν οἷον ἄργυρος
κακὸν νόμισμ' ἔβλαστε. [4])

Denuo Euripides dignus est quem inspiciamus, qui Agamemnonem dicentem facit:

ταραχὴ δ' ἀδελφῶν διά τ' ἔρωτα γίγνεται
πλεονεξίαν τε δωμάτων· [5])

In Phoenissis ἰσότης laudatur:

Κεῖνο κάλλιον, τέκνον,
ἰσότητα τιμᾶν, ἢ φίλους ἀεὶ φίλοις
πόλεις τε πόλεσι συμμάχους τε συμμάχοις
συνδεῖ. [6])

Helena acerbe queritur:

πένητας οὐδεὶς βούλεται κτᾶσθαι φίλους. [7])

---

1) Dümmler, l. c. p. 55: „Es ist kein Zweifel, Weiber- und Gütergemeinschaft liegen auf dem Wege der Weltbeglückungspläne des fünften Jahrhunderts". cf. Pöhlmann, l. c. I. 99 sqq.: „Der Sozialstaat der Legende und das sozialistische Naturrecht". — Oncken, Staatslehre des Aristoteles I. 242. — Büchsenschütz, l. c. p. 28.

2) Diog. Laert. VIII. 10.

3) Diog. Laert. VIII. 23.

4) Antigone 295.

5) Iph. Aul. 509.

6) Phoen. 536.

7) Electra 1130.

In Polyidi fragmento legimus:

πλουτεῖς· τὰ δ' ἄλλα μὴ δοκεῖς συνιέναι·
ἐν τῷ γὰρ ὄλβῳ Φαυλότης ἔνεστί τις,
πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε διὰ τὸ δυστυχές. [1])

Non opulentia sed ἀρετή persequenda est:

οὗτοι νόμισμα λευκὸς ἄργυρος μόνον
καὶ χρυσός ἐστιν· ἀλλὰ χἀρετὴ βροτοῖς
νόμισμα κεῖται πᾶσιν, ἢ χρῆσθαι χρεών [2]).

Anonymus Jamblichus εὐνομίαν celebrans dicit: Κοινὰ γὰρ τὰ χρήματα ἐξ αὐτῆς... τούς τε γὰρ εὐτυχοῦντας ἀσφαλεῖ αὐτῇ χρῆσθαι καὶ ἀνεπιβουλεύτῳ, τούς τε αὖ δυστυχοῦντας ἐπικουρεῖσθαι ἐκ τῶν εὐτυχούντων διὰ τὴν ἐπιμειξίαν τε καὶ πίστιν, ἅπερ ἐκ τῆς εὐνομίας γίγνεται. [3])

Ex εὐνομία evenit igitur civitatis status qualem capitis sexti finis Xenophontis libelli nobis describit.

Haud aliter Aristophanes ad bonorum communitatem adhortatur, cuius in civitate nova optimaque interdictum erit:

μὴ λωποδυτῆσαι, μὴ φθονεῖν τοῖς πλησίον,
μὴ γυμνὸν εἶναι, μὴ πένητα μηδένα. [4])

Et aliquanto inferius legimus:

κοινωνεῖν γὰρ πάντας φήσω χρῆναι πάντων μετέχοντας,
κἀκ ταὐτοῦ ζῆν καὶ μὴ τὸν μὲν πλουτεῖν, τὸν δ' ἄθλιον εἶναι,
μηδὲ γεωργεῖν τὸν μὲν πολλήν, τῷ δ' εἶναι μηδὲ ταφῆναι. [5])

Tota comoedia cui titulus Πλοῦτος huius aevi divitiarum potentiae vehementer obsistit. [6]) Nec minus quarto saeculo opulentia pro generis humani malorum fonte habetur, quod Isocratis verbis illustratur. Judicat enim: πλοῦτος δὲ κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ὑπηρέτης ἐστιν. [7]) Graeci antiqui οὐδὲ πρὸς ἀργύριον τὴν εὐδαιμονίαν ἔκρινον. [8])

---

1) fr. 629. cf. fr. 621:
ὦ πλοῦτ' ὅσῳ μὲν ῥᾷστον εἶ βάρος φέρειν,
πόνοι δὲ κἀν σοὶ καὶ φθοραὶ πολλαὶ βίου
ἔνεισ' ὁ γὰρ πᾶς ἀσθενὴς αἰὼν βροτοῖς.

2) fr. 559.
3) Diels, l. c. II. 633. 7:1.
4) Eccles. 565.
5) vs. 590.
6) cf. vs. 131, 146, 180.
7) Demon. 6. cf. 28.
8) Paneg. 76.

Theoretici igitur, qui e d civitatis optima forma ratiocinantur putant hac in republica perfectissima bonorum aequationem instituendam esse. Sic Phaleas Chalcedonius: *φησὶ γὰρ δεῖν ἴσας εἶναι τὰς κτήσεις τῶν πολιτῶν.* [1])

Denique Platonis sententiae nobis in animum veniunt qui censuit ut res privata e republica perfecta prorsus expelleretur atque jussit: *πρῶτον μὲν οὐσίαν κεκτημένον μηδεμίαν μηδένα ἰδίαν, ἂν μὴ πᾶσα ἀνάγκη.* [2]) Similiter alibi legimus. *ἔφαμεν γὰρ που οὔτε οἰκίας ἰδίας δεῖν εἶναι οὔτε γὴν οὔτε τι κτῆμα.* [3])

Divitiae paupertasque urbe, cuius imaginem animo optimam fingit, arcendae sunt. [4]) De *τοῦ χρηματίζεσθαι* damniis sic agit *ὅσῳ ἂν τοῦτο τιμιώτερον ἡγῶνται, τοσούτῳ ἀρετὴν ἀτιμοτέραν.* [5]) Fieri tamen non potest ut illius urbis cives foro careant; itaque *ἀγορὰ δὴ ἡμῖν καὶ νόμισμα σύμβολον τῆς ἀλλαγῆς ἕνεκα γενήσεται ἐκ τούτου.* [6]) Quo nummo iis quidem opus est ut commercium domesticum facilius sit; nullum autem pretium ultra habet; nummus enim erit *ἕνεκα ἀλλαγῆς τῆς καθ' ἡμέραν ... ὧν ἕνεκα φαμεν τὸ νόμισμα κτητέον αὐτοῖς μὲν ἔντιμον, τοῖς δὲ ἄλλοις ἀνθρώποις ἀδόκιμον.* [7]) Idem igitur propositum servat quod Spartanorum nummus, qualem Xenophon describit (VII 5). [8]) Praeterea Plato praecepit ut haec urbs optima procul mari exstrueretur ne commercium neu commeatus eam corrumpere possent.

Quod nisi ita esset *νομίσματος ἀργυροῦ καὶ χρυσοῦ πάλιν ἀντεμπίμπλαιτ' ἄν, οὗ μεῖζον κακὸν ὡς ἔπος εἰπεῖν πόλει ἀνθ'*

1) Arist. Pol. 1266 a. 39.
2) Resp. 416 D.
3) Resp. 464 E.
4) Resp. 421 E, 422 D.
5) Resp. 550 E.
6) Resp. 371 B.
7) Leges 742 A.
8) Xenophontis verba quidem obscura, Plutarchi autem dilucidiora ac pleniora sunt. Cum Kesslero (p. 113) consentio et Xenophontem et Plutarchum eodem fonte rhetorico usos esse. Sed quod Xenophon hunc Spartanorum usum neglegenter descripsit non demonstrat interpolatorem quendam ea verba in librum inseruisse. Hic enim libellus talibus dictis neglegenter ac raptim scriptis scatet, et ubi tollendi finis esset si eos locos omnes eximeremus? De nummo ipso accuratius non disseram hac re a Kesslero ample tractata (p. 41 sqq.).

ἑνὸς ἓν οὐδὲν ἂν γίγνοιτο.[1]) Ne quisquam sibi divitias pariat: μὴ δὴ τις φιλοχρημονείτω παίδων γ' ἕνεκα, ἵνα ὅτι πλουσιωτάτους καταλίπῃ.[2]) κοινὰ δὲ χρήματα σύμπαντα sint.[3]) — χρηματισμῷ studere vetiti sunt: χρηματισμὸς γὰρ οὔτ' ἔνεστιν σφόδρα ἐν τῇ τοιαύτῃ κατασκευῇ, συνέπεταί τε αὐτῇ, μηδὲ δεῖν μηδ' ἐξεῖναι χρηματίζεσθαι τῶν ἀνελευθέρων χρηματισμῶν μηδενὶ μηδένα, καθ' ὅσον ἐπονείδιστος λεγομένη βαναυσία ἦθος ἀποτρέπει ἐλεύθερον, μηδὲ τὸ παράπαν ἀξιοῦν ἐκ τῶν τοιούτων συλλέγειν χρήματα.[4]) Magistratibus curandum est ne cives ditissimi neu pauperrimi fiant.[5]) Si quis plura possidet quam quae legibus concessa sint punitur;[6]) qua ratione ἰσότης servatur.[7])

Neque licet aurum argentumve in rem publicam immigrare;[8]) opulentiae cupiditas enim efficit ut lucri studium solum hominum mentem excerceat.[9]) Platonem autem Spartanorum civitatem exemplum sibi non proposuisse, sed ex contrario putavisse Spartam hac in re sane procul a republica perfecta abesse nonnulli loci illustrant. Dicit enim: καὶ πόλλ' ἄττ' ἂν παρὰ τὰ νῦν λεγόμενα ὑπό τε Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων, ὡς ἔοικε, καὶ δήπου καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, διάφορα πείθοιμ' ἂν τοὺς πολίτας μοι φθέγγασθαι.[10]) Atque eius dicta, ubi hanc civitatem τιμοκρατίαν nominat, mitia profecto non sunt.[11]) Praeterea iam observavimus alios locos manifesto demonstrare Platonem Spartanorum opulentiae notitiam habuisse.[12]) Plato terram amoenissimam ac optimam aevi praeteriti delineans narrat: ἴδιον μὲν αὐτῶν (h. e. τοῦ δὲ μαχίμου) οὐδεὶς οὐδὲν κεκτημένος, ἅπαντα δὲ πάντων κοινὰ νομίζοντες αὐτῶν....[13])

Aristoteles ipse non putat omnes calamitates eva-

---

1) Leges 705 B.
2) Leges 729 A. cf. 736 D.
3) Leges 739 C.
4) Leges 741 E. cf. 743 D.
5) Leges 744 E.
6) Leges 754 D.
7) Leges 757 A.
8) Leges 801 B.
9) Leges 831 C.
10) Leges 662 C. cf. Resp. 497 B.
11) Resp. 545 sqq. cf. praesertim 548 A.
12) p. 36.
13) Critias 110 C.

nescere re privata abolita: ὅταν κατηγορῇ τις τῶν νῦν ὑπαρχόντων ἐν ταῖς πολιτείαις κακῶν ὡς γινομένων διὰ τὸ μὴ κοινὴν εἶναι τὴν οὐσίαν, λέγω δὲ δίκας τε πρὸς ἀλλήλους περὶ συμβολαίων καὶ ψευδομαρτυριῶν κρίσεις καὶ πλουσίων κολακείας. ὧν οὐδὲν γίνεται διὰ τὴν ἀκοινωνησίαν ἀλλὰ διὰ τὴν μοχθηρίαν,... Αἴτιον δὲ τῷ Σωκράτει τῆς παρακρούσεως χρὴ νομίζειν τὴν ὑποθεσιν οὐκ οὖσαν ὀρθήν. δεῖ μὲν γὰρ εἶναι πως μίαν καὶ τὴν οἰκίαν καὶ τὴν πόλιν, ἀλλ' οὐ πάντως. [1]) Animadvertimus autem multos homines ita existimavisse et Socrati quoque persuasum fuisse διὰ τὸ μὴ κοινὴν εἶναι τὴν οὐσίαν rem publicam non perfectam esse.

Sic Xenophon ipse bonorum aequationi favit, quod his verbis illustratur: δύνανται δὲ καὶ χρημάτων οὐ μόνον τοῦ πλεονεκτεῖν ἀπεχόμενοι νομίμως κοινωνεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπαρκεῖν ἀλλήλοις... τὸν δὲ φθόνον παντάπασιν ἀφαιροῦσι, τὰ μὲν ἑαυτῶν ἀγαθὰ τοῖς φίλοις οἰκεῖα παρέχοντες, τὰ δὲ τῶν φίλων ἑαυτῶν νομίζοντες. [2])

Quam bonorum communionem rursus apud gentes feras ac naturales exstitisse cogitabant.

Sic Ephorus de Scythis tradit: οὐ χρηματισταὶ πρός τε ἀλλήλους εὐνομοῦνται, κοινὰ πάντα ἔχοντες.... [3]) Similiter Nicolaus Damascenus de Galaktophagis narrat κοινὰ ἔχοντες τά τε κτήματα. [4]) Eadem ratione putabant diebus praeteritis usum quidem communem fuisse, possessionem autem privatam mansisse, quod supra (p. 30) iam vidimus. Ii, qui Spartam tamquam civitatem optimam perfectissimamque describere volunt, ibi bonorum aequationem revera fuisse tradunt, cuius studii caput sextum nobis vestigia ostendit. Ex tali republica egregia aurum argentumque expellenda, ibi divitiae non quaerendae sunt. Hoc modo Spartae imago oritur qualem Xenophon in capite septimo nobis depingit. Ephorus eandem viam iniit [5]) atque

---

1) Pol. 1263 b 15.
2) Mem. II. 6. 23.
3) Strabo 302.
4) F. H. G. fr. 123.
5) Diod. VII. 12 tradit Lacedaemonios Lycurgi legibus oboedientes felicitate usos esse μετὰ δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον καταλύοντες ἕκαστον τῶν

Lycurgum laudat, qui solus intellexerit e civitate πλεονεξίαν exigendam esse. [1]) Ephori indicio Lycurgus legumlator perfectus est, cui vitae societas imprimis curae fuit.

Ephori, cuius scripta posteri frequentes legerunt, auctoritas ad memoriam tradendam maxima sane fuit. Praeterea Platonis rationes et sententiae ac Stoicorum placita, qui nummum plane aboleri voluerunt, [2]) Spartae imaginem ita definxerunt et mutaverunt ut postea Posidonius Lycurgum legumlatorem optimum sapientissimumque laudare posset, qui omnia quaecumque generi humano prodessent instituisset.

Luce clarius igitur est hunc Posidonii locum, quem supra (p. 33) citavi Spartanorum condicionum notitiae fontem habendum non esse. Attamen ne scriptores posteriores quidem illam Spartanorum divitiarum cupiditatem e memoria tollere potuerunt. Cuius rei exempla nonnulla afferre libet. Apud Xenophontem ipsum πλούσιοι commemorantur (V. 3), quod igitur iis quae paulo inferius (VII) disserit plane repugnat. Iam vidimus (p. 37) Persaeum de locupletibus egisse. Heraclides Lembos tradidit regem Archidamum ab ephoris punitum esse: γυναικὸς αὐτῷ καλῆς φαινομένης, ἑτέρας δὲ αἰσχρᾶς καὶ πλουσίας· ὡς ἀπέκλινεν ἐπὶ τὴν πλουσίαν supplicio affectus est. [3]) Heraclides id argumenti loco affert ut ostendat quantopere mulieres pulchras admirentur. Aelianus quoque tradidit Lycurgum olim legibus sanxisse ne pecunia Spartam immigraret; [4]) attamen servorum, quibus

---

νομίμων, καὶ πρὸς τρυφὴν καὶ βαθυμίαν ἀποκλίνοντες, ἔτι δὲ διαφθαρέντες νομίσματι χρῆσθαι καὶ πλούτους ἀθροίζειν ἀπέβαλον τὴν ἡγεμονίαν. cf. Ed. Meyer, Forschungen I. 256: „So konnten diejenigen welche aus politischem oder idealem Interesse, wie Xenophon und Ephoros, den Spart. Staat als vollendeten Musterstaat darstellen wollten, behaupten die bewegliche Habe spiele in Sparta gar keine Rolle".

1) Polyb. VI. 45. cf. Pöhlmann, I. 121; Kessler, p. 44.

2) Zeno fr. 268 (Arnim I. 62): περί τε νομίσματος οὕτως γράφειν νόμισμα δ' οὔτ' ἀλλαγῆς ἕνεκεν οἴεσθαι δεῖν κατασκευάζειν οὔτ' ἀποδημίας ἕνεκεν.

3) Athen. XIII. 566 A.

4) V. H. XIV. 29: ὅτι Λύσανδρος ἐκόμισεν εἰς Λακεδαίμονα χρήματα, καὶ

nomen est Μόθακες, mentionem faciens dicit: Ὄνομα δὲ ἦν ἄρα τοῦτο τοῖς τῶν εὐπόρων δούλοις, οὓς συνεξέπεμπον τοῖς υἱοῖς οἱ πατέρες συναγωνιουμένους ἐν τοῖς γυμνασίοις. [1])

Alibi narrat puerum poena affectum esse quoniam admodum lucro serviret. Sed Spartanos generatim ac universe impediri ne quaestum facerent haudquaquam contendit; legimus enim: Λακωνικὸν μειράκιον ἐπρίατο χωρίον ὑπερεύωνον, εἶτα ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ἤχθη καὶ ἐζημιώθη. τὸ δὲ αἴτιον τῆς καταδίκης ἐκεῖνο ἦν, ἐπεὶ νέος ὢν τοῦ κερδαίνειν ὀξύτατα ἦρα. ἦν δὲ Λακεδαιμονίων ἐν τοῖς μάλιστα ἀνδρικὸν καὶ τοῦτο μὴ πρὸς μόνους πολεμίους παρατετάχθαι, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀργύριον. [2])
Sententiam moralem extremam Aeliani menti adscribere possumus. — Identidem igitur veritas nobis ante oculos venit Spartae opulentiae paupertatisque discrimen profecto affuisse. Xenophontis autem auctoritas maior est quam ut nostri aevi historici id quod in capite septimo traditur reiiciant atque concedant id contra historiae fidem esse, e. g. Gilbert, qui multos locos affert quibus demonstret Spartae et divitias et paupertatem exstitisse, [3]) agri solum possessiones huius opulentiae fontem aestimat; privatis enim interdictum fuisse ne pecuniam possiderent dicit, illum Xenophontis locum testimonium adhibens. [4]) Similiter Schoemann-Lipsius putat Spartanos vetitos esse aurum argentumque habere „obgleich der Staat es nicht entbehren konnte, und auch die Könige es ohne Zweifel besaszen". Praeterea contendit perioecis quoque pecuniam fuisse ut mercaturam facerent cum nationibus externis. [5]) Animadvertimus igitur Schoemannum hoc interdictum difficile ad explicandum putavisse atque igitur in angustum conclusisse. [6])

ἐδίδαξε τοὺς Λακ. παρανομεῖν εἰς τὸ πρόσταγμα τοῦ θεοῦ, τὸ κελεῦον ἄβατον εἶναι χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ τὴν Σπάρτην.

1) V. H. XII. 43.
2) V. H. XIV. 44.
3) Gr. Altertümer I. 13. A 1.
4) l. c. p. 87. A 2.
5) l. c. I. 282.
6) De hac quaestione cf. Boeckh, Staatshaushaltung der Athener² I. p. 44, 771. Grote, History of Greece II. 310 sqq. — Hultsch,

Rogaverit quispiam quomodo tandem explicari possit theoreticos hac quoque in re suas ipsorum sententias ac rationes Spartae perfectas cogitavisse. Sparta enim ipsa ab hac bonorum aequatione longe afuit. Sine dubio, attamen ibi condiciones quoque fuerunt a quibus profecti putare potuerunt sua praecepta cum Spartanorum vita cotidiana congruere. Spartanorum cohortis praefecti sine dubio in mercatura non versati sunt, quoniam illam despexerunt ac contempserunt. [1]) Plato dicit civitati quae optimatium arbitrio regitur id aptum atque conveniens esse καὶ γεωργῶν ἀπέχεσθαι τὸ προσπολεμοῦν αὐτῇς καὶ χειροτεχνιῶν καὶ τοῦ ἄλλου χρηματισμοῦ. [2]) Sicut observamus hunc ordinem ubicumque terrarum commercium spernere. [3]) Quod autem non excludit eos divites esse eorumque vilicos quaestum facere. Manuum mercedem imprimis despexerunt, atque artificium Spartanorum cohortis praefecto sane aptum non fuit. [4]) Neglegendum autem non est

---

Griech. u. Röm. Metrologie p. 260: „Gesetzlich soll allein der Staat edles Metall besitzen und dieses nur zu auswärtigen Unternehmungen verausgabt werden; Privaten war die Ansammlung von Schätzen bei Todesstrafe untersagt. Begreiflicher Weise ist dieses Verbot nicht beachtet worden." Büchsenschütz, l. c. p. 593: „Schon geraume Zeit vor den Perserkriegen bestand die Gleichheit des Besitzes, welche Lykurgos hatte dauernd machen wollen, nicht mehr, und zwar nicht blosz für den Grundbesitz, sondern auch für andere Habe".

1) Ed. Meyer, G. d. A. II. § 358: „In älterer Zeit mag auch der Spartiate sich an Handelsgeschäften beteiligt haben; jetzt wird es ihm verboten wie den römischen Senatoren und den Nobili in Venedig". Schoemann-Lipsius, I. 213: „Die friedlichen Beschäftigungen der Perioeken bestanden auszer dem Ackerbau in dem Betrieb der mancherlei Handwerke und Gewerbe mit denen sich zu befassen den Spartan. Herren als unerträglich mit ihrer Stellung vorkam ..... und selbst gesetzlich untersagt war". — Sed hoc interdictum ubi affertur? Apud Xenophontem, Ephorum, historicos posteriores, qui eorum scripta respexerunt atque in usum suum converterunt ut Spartam civitatem optimam depingerent; quorum narrationes cum Spartanorum vita cotidiana non concinere identidem observavimus.

2) Resp. 547 D.

3) Xen. Oec. IV. 2: Καὶ ἐν ἐνίαις μὲν τῶν πόλεων, μάλιστα δὲ ἐν ταῖς εὐπολέμοις δοκούσαις εἶναι, οὐδ' ἔξεστι τῶν πολιτῶν οὐδενὶ βαναυσικὰς τέχνας ἐργάζεσθαι.

4) Her. II. 167 docet Lacedaemonios praecipue manum sprevisse, sed

omnia ea quae supersunt indicia homines meliore loco natos spectare.

Sed theoretici Athenienses quarto fere saeculo harum Spartanorum condicionum, quae ex eorum imperii forma, qua vis omnis penes primores civitatis erat, ortae ac explicandae sunt, causas morales quaesiverunt, atque Lycurgo hac quoque in re consilia tribuerunt quae in suis ipsorum animis valebant.

§ 5. In paragrapho quinta legimus τὸ γε μὴν ἐξ ἀδίκων χρηματίζεσθαι καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις διεκώλυε. Qui sunt illi homines quibus licet ratione iusta χρηματίζεσθαι?

Suspicor id ad Perioecos atque Hilotas spectare.[1]) Quod Xenophon aliis quidem locis neque Perioecorum neque Hilotarum mentionem facit obsistere mihi non videtur quominus putandum sit haec verba eos significare. Quod Xenophon eos ceterum silentio praeteriit Köhler putat ex Platonis similitudine explicandum esse, qui τὸ πλῆθος accuratius non examinavit.[2]) Quod mihi quoque verisimillimum videtur. Neque huius operis consilio convenit de vita cotidiana vulgi (δήμου) agere, cuius victus aptus non fuit qui pulcherrimus perfectissimusque depingeretur. Xenophon animum in Spartanos summo loco natos solum advertit.

---

ceteros quoque Graecos eam despexisse. cf. Trieber, Quaestiones Laconicae I. p. 70; Büchsenschütz, l. c. p. 258.

1) Habben, l. c. p. 29 iure contendit verba ἐν τοῖς τοιούτοις, Perioecos et Hilotas significantia, contraria esse τοῖς [μὲν] ἐλευθέροις in paragrapho secunda. Rühl iam legere vult ἐν τοῖς περιοίκοις. Quam coniecturam necessariam autem non puto.

2) Köhler, l. c. p. 376. — Bazin l. c. ita explicat „c'est que ses idées d'aristocrate lui faisaient considérer comme ne comptant pour rien tous ceux qui n'étaient pas citoyens de plein droit", in quo acquiescendum esse non puto.

CAPUT TERTIUM.

DE PUERORUM EDUCATIONE

In capitibus secundo, tertio, quarto Xenophon Spartanorum educationem exponit. Quod ad hoc argumentum vel tria capita conferuntur sane demonstrat quantopere id ei cordi fuerit. Quem autem eruditionis quaestioni favisse non est quod mireris. Etenim saeculo quinto hominum vita exculta et condicionibus commutatis Atheniensium educatio quoque immutanda ac renovanda erat. Disciplina antiqua simplicior erat, quam quae novis vitae postulatis satisfacere optatisque respondere posset. Tum sophistae prodierunt ac contenderunt se adulescentibus disciplinam ac praecepta ad usum vitae idonea daturos esse. Sed non solum sophistae huic educationis quaestioni studuerunt, sed etiam Socrati persuasum erat pueros aliter erudiendos esse, id agens ut eos, non sicut sophistae, ad vitae cotidianae difficultates tantum compararet, sed eos cives optimos redderet. Voluit enim ut tota παιδεία ad virtutem docendam intenderetur. Sed nunc quaestio oritur possintne hanc ἀρετήν discere? Qua in re Athenienses valde inter se dissident atque vehementer disputant utrum eruditio ingenium nativum indolemque mutare iam possit necne.[1]) Antiphon sophista putat omnia in educatione constare et niti; scripsit enim: πρῶτον, οἶμαι, τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐστὶ παίδευσις· ὅταν γὰρ τις πράγματος κἂν ὁτουοῦν τὴν ἀρχὴν ὀρθῶς ποιήσηται, εἰκὸς καὶ τὴν τελευτὴν ὀρθῶς γίγνεσθαι.[2])

1) Ed. Meyer, G. d. A. IV. § 520: „Das Erziehungsproblem tritt in den Mittelpunkt der geistigen Bewegung". cf. Scharr, l. c. p. 234 sqq.: „Die Erziehung".

2) Diels, l. c. II. p. 602. fr. B 60.

Euripides quoque de hac quaestione egit. Quaerentibus autem utrum natura an educatione omnia continerentur eius personae varie responderunt. Cum Scharrio quidem consentio eius iudicium praesertim ex hominis, qui inducitur, arbitrio pendere; attamen ad opinionem φύσιν maximi momenti esse inclinat. [1]) Ut nonnulla testimonia afferam, in fragmento tragoediae quae Δίκτυς inscribitur legimus:

φεῦ φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει,
οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός. [2])

Easdem sententias invenimus in Alcmaeone:

ὦ παῖ Κρέοντος, ὡς ἀληθὲς ἦν ἄρα,
ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα,
κακῶν δ' ὅμοια τῇ φύσει τῇ τοῦ πατρός. [3])

Similiter in fragmento ex Antigone tragoedia servato legitur:

φιλεῖ γὰρ οὕτως ἐκ κακῶν εἶναι κακούς. [4])

Alibi poeta admonet:

οὐ γάρ τις οὕτω παῖδας εὖ παιδεύσεται,
ὥστ' ἐκ πονηρῶν μὴ οὐ κακοὺς πεφυκέναι. [5])

Sic in tragoedia ignota praedicat:

ἡ φύσις ἑκάστῳ τοῦ γένους ἐστὶν πατρίς. [6])

Cum eos, qui hac in re versarentur, hominis φύσιν magni interesse putare necesse sit, intellegimus quantopere haec educationis quaestio cum rationibus eugeneticis, quas in capite primo tractavi, cohaereat. — Nec minus Socratis discipuli, Plato et Antisthenes, de educatione egerunt. Antisthenem hac de re meditatum esse apparet ex verbis quae Arrianus nobis servavit: Ἀντισθένης λέγει ὅτι ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις. [7]) Diogenes Laertius nobis haec affert: γράμματα γοῦν μὴ μανθάνειν ἔφασκεν ὁ Ἀντισθένης τοὺς σώφρονας γενομένους, ἵνα μὴ διαστρέφοιντο τοῖς ἀλλοτρίοις. [8]) Praeterea singulas educationis partes trac-

---

1) Dümmler, l. c. p. 23: „Zwar ist ... bei Euripides die φύσις mehr betont, bei Antiphon die παίδευσις, aber sicherlich leugnete letzterer die Macht der φύσις so wenig, wie Euripides den Einflusz der παίδευσις unterschätzte". cf. Ed. Meyer, G. d. A. IV § 468.

2) fr. 342. 3) fr. 77.
4) fr. 166. 5) fr. 893. 6) fr. 890.
7) Arrian. Epict. Dissert. I. 17. 8) Diog. Laert. VI. 103.

tantes cynicorum praecepta in memoriam revocanda esse identidem observabimus.

Platonem φύσιν maximi fecisse atque imperavisse ut in re publica optima magistratus viris optimis mulieres egregias in matrimonium dandas curarent, quomodo genus humanum perfectum acquirerent supra (p. 22) iam vidimus. Platonem autem educationis quoque praecepta dedisse consentaneum est. Theoretici enim, qui animis civitatem optimam exstruunt, etiam educationis perfectissimae quaestioni operam dant.

Sic Aristoteles ὅτι inquit μὲν οὖν τῷ νομοθέτῃ μάλιστα πραγματευτέον περὶ τὴν τῶν νέων παιδείαν, οὐδεὶς ἂν ἀμφισβητήσειε.[1] Xenophon, ut erat nobilitatis fautor, genus quidem permagni aestimavit, eruditionis autem vim non neglexit, qua sine educatione ingenium nativum excoli non posset.[2] — Expectaveris igitur Xenophontem, qui educationis quaestioni favit ac Spartanorum disciplinae peritus sciensque fuit, singulas partes persecuturum et accuratius expositurum esse. Si autem capita perlegimus animadvertimus eum multas ac graves res silentio praeteriisse; ut quid afferam: puerorum classes, quas Plutarchus amplissime tractavit,[3] haudquaquam commemorantur. Caput secundum puerorum caloris et frigoris patientiam, victusque continentiam celebrat, caput tertium totum in eo est ut adulescentes, qui solent superbi esse, modestia ac temperantia imbuantur, caput quartum agit de virtutis contentione, quae ἔρις περὶ ἀρετῆς laudibus effertur. Identidem virtus igitur exponitur quam ad colendam Lycurgus dicitur educationis partem quandam instituisse, cum eam quam nos disciplinam intellegimus non nisi obiter describat. De singulis educationis partibus enim nec diligenter nec enodate agit, sed causas morales solum explorat quae legumlatorem moverint, de quibus consiliis philosophi loco copiose disserit. Quod per se spectatum magni sane periculi

---

1) Pol. 1337 a 11.
2) Scharr, p. 250 multos locos attulit quibus id demonstret.
3) Plut. Lyc. XVI—XX.

est, cum facile scriptoris consilia Lycurgo tribui possint.

Caput secundum. In paragrapho prima Xenophon ceterorum Graecorum, videlicet Atheniensium, educationem valde vituperat, qui pueris educandis ἰδίᾳ paedagogos, ac quidem servos, praeficiant: παιδαγωγοὺς θεράποντας ἐφιστᾶσιν. Eandem reprehensionem invenimus in Cyropaedia, ubi legimus: αἱ μὲν γὰρ πλεῖσται πόλεις ἀφεῖσαι παιδεύειν ὅπως τις ἐθέλει τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας . . . .[1])

Spartae autem res aliter se habet: ἄνδρα ἐπέστησε κρατεῖν αὐτῶν, ἐξ ὧνπερ αἱ μέγισται ἀρχαὶ καθίστανται, ὃς δὴ καὶ παιδονόμος καλεῖται. Quae verba ἐξ ὧνπερ αἱ μέγισται ἀρχαὶ καθίστανται nobis in capitis quarti paragrapho septima huius libelli rursus occurrunt atque in Cyropaedia similia inveniuntur: καὶ αἱ ἀρχαὶ δὲ πᾶσαι ἐκ τούτων καθίστανται πλὴν οἱ τῶν παίδων διδάσκαλοι.[2]) Quae verba hoc in capite secundo difficiliora quidem intellectu sunt. In capite quarto enim pertinent ad ephebos, hoc loco autem ad vocem αὐτῶν spectare non possunt, qui aetate minores sunt neque mihi probatum est vocem, „postea" animo addendam esse. Itaque verisimillimum fit haec verba pertinere ad ἄνδρα, virum delectum ex iis: ἐκ τούτων (h. e. ex hoc ordine) ἐς ὧνπερ . . . .[3])

Hoc παιδονόμου munus non solum apud Spartanos commemoratur. Tei quoque παιδονόμος exstabat, qui quadraginta annos natus pueros in classes distribuit, aetati convenienter, eorumque studia diligenter custodiebat. Si γραμματοδιδάσκαλοι de discipulorum numero inter se contenderent, παιδονόμος de hac re iudicabat.[4]) Magnesiae praeceptum erat: ἀποστέλλειν δὲ τοὺς παιδονόμους παῖδας ἐννέα ἀμφιθαλεῖς, ἀποστέλλειν δὲ καὶ τοὺς γυναικονόμους παρθένους ἐννέα ἀμφιθαλεῖς.[5]) Cyziceni solebant: ἀγαγεῖν δὲ ἐπὶ τὴν ὑπάντησιν καὶ τὸν ἐφήβαρχον τοὺς ἐφήβους καὶ τὸν παιδονόμον

1) Cyr. I. 2. 2.
2) Cyr. I. 2. 13.
3) Quod congruit cum iis quae Plutarchus (Lyc. XVII) tradit: καὶ παιδονόμος ἐκ τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐτάττετο.
4) Ditt. Syll.[2] 523 (Ditt.[3] 578). 1, 31.
5) Ditt. Syll.[2] 553 (Ditt.[3] 589). 18.

τοὺς ἐλευθέρους παῖδας. [1]) Apud Strabonem traditur de Cretensibus: καθ' ἕκαστον δὲ ἀνδρεῖον ἐφέστηκε παιδονόμος. [2]) In Caria quoque hoc munus invenitur, quod inscriptio Stratonicensis nos docet, in qua legimus: ἔδοξε τῇ βουλῇ αἱρεῖσθαι νῦν ἐκ τῶν εὖ γεγονότων παῖδας τριάκοντα, οὕστινας καθ' ἑκάστην ἡμέραν μετὰ τῶν δημοσίων παιδοφυλάκων ἄξεται ὁ παιδονόμος εἰς τὸ βουλευτήριον λευχιμονοῦντας. [3]) Aristoteles γυναικονόμον et παιδονόμον una commemorat. [4]) Ex locis quos attuli efficere posse mihi videor παιδονόμου negotium varium quidem fuisse, eum autem ubique auctoritate morali valuisse. Praeter Xenophontem et Plutarchum Hesychius quoque nos docet hoc παιδονόμου munus Spartae exstitisse, qui adnotat: ἀρχή τις παρὰ Λάκωσιν. Quoniam autem auctorem non perhibet, in hoc testimonio auctoritas magna sane non est.

Ille παιδονόμος toti iuventuti, vel parti magnae saltem, praeerat, sed non singulis pueris. Quod Spartae παιδονόμου munus valebat, id ipsum non excludit ibi paedagogos quoque affuisse. Xenophon autem hanc rem ita exponit tamquam si παιδονόμου munus paedagogorum instituto contrarium sit, quam interpretationem Plutarchus prorsus ignorat. [5]) Xenophonti igitur sine dubio causa erat cur consilio praedicaret Lycurgum paedagogis abolitis παιδονόμον instituisse.

Ex Cyropaediae loco, quem citavimus, iam apparet Xenophontem improbavisse patres ad suum quemque arbitrium pueros educandos curare. Quam vitiosum esset paedagogos, ac quidem servos, pueris liberis praeesse, sine dubio theoretici frequenter disseruerunt. Cuius rationis apud Aristotelem vestigia apparere suspicor, qui scripsit: ἐπισκεπτέον δὲ τοῖς παιδονόμοις τὴν τούτων διαγωγὴν τήν τ' ἄλλην, καὶ ὅπως ὅτι ἥκιστα μετὰ δούλων ἔσται. [6]) Consilium,

1) Ditt. Syll.[2] 365 (Ditt.[3] 798). 23.
2) Strabo X. 483.
3) C. I. G. II. 2715. 7.
4) Pol. 1299 a 22, Pol. 1300 a 4.
5) Lyc. XVII. 15: Κατ' ἀγέλας αὐτοὶ προΐσταντο τῶν λεγομένων εἰρένων ἀεὶ τὸν σωφρονέστατον καὶ μαχιμώτατον.
6) Ar. Pol. 1336 a 40.

quod Lycurgo tribuit in Xenophontis ipsius mente valuisse arbitror.

§ 3. In paragrapho tertia narrat Lycurgum imperavisse ne puerorum pedes calceamentis mollirent. Plutarchus idem tradit: eos *βαδίζειν ἀνυποδήτους*. [1]) Plato commemorat id per *κρυπτείαν* solum fieri, apud quem legimus: *ἔτι δὲ καὶ κρυπτεία τις ὀνομάζεται θαυμαστῶς πολύπονος πρὸς τὰς καρτερήσεις, χειμώνων τε ἀνυποδησίαι καὶ ἀστρωσίαι καὶ ἄνευ θεραπόντων ἑαυτῶν διακονήσεις νύκτωρ τε πλανωμένων διὰ πάσης τῆς χώρας καὶ μεθ' ἡμέραν.* [2])

Ex se videlicet intellegitur pueros Spartanos, quorum rudimentum severum ac militare fuit, interdum in aliquot decursibus nudis pedibus currere et saltare coactos esse. Quod praeterea semper et ubique fieri potest. Sed Spartanos generatim atque universe nudis pedibus currendo non delectatos esse apparet ex hac Xenophontis narratione: *ἐπεὶ δὲ χειμὼν ἐγένετο καὶ τροφὴν οὐκ εἶχον γυμνοί τ' ἦσαν καὶ ἀνυπόδητοι, συνίσταντο ἀλλήλοις καὶ συνετίθεντο ὡς τῇ Χίῳ ἐπιθησόμενοι.* [3]) Praeterea calcei Laconici praeclari erant, atque etiam Athenis emptores inveniebant. Critias nos docet: *χωρὶς δὲ τούτων τὰ σμικρότατα ἐς τὴν διαίταν ὑποδήματα ἄριστα, Λακωνικὰ ἱμάτια φορεῖν ἥδιστα καὶ χρησιμώτατα.* [4]) Aristophanes quoque eorum mentionem facit:

ἄγε νῦν, ἀποδύου τὰς καταράτους ἐμβάδας,
τασδὶ δ' ἀνύσας ὑπόδυθι τὰς Λακωνικάς. [5])

Scholiasta adnotat: *ἀστειότεραι γὰρ αὗται, ἀνδρεῖα ὑποδήματα ἢ ἀστειότερα. ὡς αὐτὸς Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις* (142). [6])

Xenophon dicit legumlatorem *ἀνυποδησίαν* instituisse ut pueros prohiberet pedes *ἀπαλύνειν ὑποδήμασιν*. Quam sententiam, magni interesse puerorum corpora ad calorem frigusque obdurescere, identidem apud theoreticos invenire possumus: *ἀνυποδησία* virtutis *ἐγκρατείας* pars est, quae continentia in educatione optima sane persequenda est.

---

1) Lyc. XVI. 25. 2) Leges 633 B.
3) Hell. II. 1. 1.
4) F. H. G. II. 68; Athen. XI. 483.
5) Vesp. 1158.
6) cf. Eccles. 269, 345, 542 ubi calcei Laconici commemorantur.

Praecipue cynicos hanc ἐγκρατείαν colendam censuisse omnibus notum est; attamen haec verba digna sunt quae afferamus: ἐν οἴκῳ τε ἐδίδασκε (sc. Diogenes) διακονεῖσθαι λιτῇ τροφῇ χρωμένους καὶ ὕδωρ πίνοντας .... καὶ ἀχίτωνας καὶ ἀνυποδήτους καὶ σιωπηλοὺς καθ' αὑτοὺς βλέποντας ἐν ταῖς ὁδοῖς. — ἐξῆγε δ' αὐτοὺς καὶ ἐπὶ κυνηγεσίᾳ ...[1])

Quae verba omnibus in partibus Spartanorum educationem, qualem Xenophon depinxit, nobis in mentem revocant.

Praeterea hac in re versantibus neglegendum non esse puto Socratem quoque nudis pedibus ambulavisse, atque eius discipulos hanc consuetudinem imitatos esse. Quos Aristophanes his verbis illusit:

αἰβοῖ· πονηροί γ', οἶδα· τοὺς ἀλαζόνας,
τοὺς ὠχριῶντας, τοὺς ἀνυποδήτους λέγεις·
ὧν ὁ κακοδαίμων Σωκράτης καὶ Χαιρεφῶν.[2])

Apud eundem alibi legitur:

ὅτι βρενθύει τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς καὶ τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλεις, καὶ ἀνυπόδητος κακὰ πόλλ' ἀνέχει, καὶ ἐφ' ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖς.[3])

Quem Socratis morem Plato quoque commemorat, qui Phaedrum ei dicentem facit: Εἰς καιρόν, ὡς ἔοικεν, ἀνυπόδητος ὢν ἔτυχον· σὺ μὲν γὰρ δὴ ἀεί.[4]) Atque similiter in Convivio tradidit: Ἀριστόδημος ἦν τις, Κυδαθηναιεύς, σμικρός, ἀνυπόδητος ἀεί· παρεγεγόνει δ' ἐν τῇ συνουσίᾳ, Σωκράτους ἐραστὴς ὢν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν τότε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.[5])

Plato in Legibus praescripsit ut pueri calceamentis humilibus ac simplicibus uterentur; legumlatoris enim est: ἐπιτηδεύειν.... τὴν τῆς κεφαλῆς καὶ ποδῶν δύναμιν μὴ διαφθείρειν τῇ τῶν ἀλλοτρίων σκεπασμάτων περικαλυψῇ, τὴν τῶν οἰκείων ἀπολλύντας πίλων τε καὶ ὑποδημάτων γένεσιν καὶ φύσιν.[6])

---

1) Diog. Laert. VI. 31. cf. Athen. IV. 163 E: ἦν δ' ὁ Διόδωρος οὗτος τὸ μὲν γένος Ἀσπένδιος, Πυθαγορικὸς δὲ δόξας εἶναι ὑμῶν τῶν κυνικῶν τρόπον ἔζη, κομῶν καὶ ῥυπῶν καὶ ἀνυποδητῶν. Vide etiam Luc. Cyn. XVII: οὐκοῦν τό γε ἐμὸν σχῆμα τοιοῦτον ἐστιν, αὐχμηρὸν εἶναι, λάσιον εἶναι, τρίβωνα ἔχειν, κομᾶν, ἀνυποδητεῖν.

2) Nubes 103. 3) Nubes 362. 4) Phaedr. 229 A.

5) Conv. 173 B. 6) Leges 942 D.

Xenophontem ipsum ἀνυποδησίαν utilem duxisse manifesto apparet ex Socratis colloquio cum Antiphonte; Antiphon ei dixit: σιτία τε σιτεῖ καὶ ποτὰ πίνεις τὰ φαυλότατα, καὶ ἱμάτιον ἠμφίεσαι οὐ μόνον φαῦλον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ θέρους τε καὶ χειμῶνος, ἀνυπόδητός τε καὶ ἀχίτων διατελεῖς.[1]) Deinde Socrates has consuetudines acerrime defendit. Vidimus igitur cum cynicos — neque Diogenem tum demum haec omnia praescripsisse, sed has consuetudines cum cynicorum rationibus plane cohaerere atque ex eorum natura effici per se intellegitur — tum Socratem eiusque discipulos hanc ἀνυποδησίαν commendavisse atque in educatione perfectissima permagni fecisse. Quae cum ita sint valde dubitandum est num ἀνυποδησία Spartae usque eo valuerit, ut Xenophon scribit. Immo Spartae, ubi tota disciplina in arte militari versabatur, haec ἀνυποδησίας virtus a theoreticis facile perfecta repraesentari poterat. Nicolaus Damascenus de Cretensibus unum idemque tradidit, apud quem legimus: καὶ θήρας καὶ δρόμους τε ἀνάντεις ἀνυπόδητοι κατανύοντες.[2]) Apud eos qui gentium mores ac consuetudines describunt ἀνυποδησία „topos" fit.

Quoniam hac in re versamur digna sunt quae in transitu addam Macrobii verba, qui tradidit morem Aetolis fuisse uno tantum pede calceato in bellum ire, Euripidem quidem narravisse eos laevum pedem nudum habuisse, Aristotelem autem contendisse dextrum pedem nudum fuisse.[3]) Quae a Macrobio traduntur sane admonent ut cautissime tota res tractanda sit; demonstrant enim quam facile Graeci talibus descriptionibus mirabilibus fidem habuerint.

§ 4. Deinde Xenophon narrat Lycurgum pueros assuefecisse ut uno eodemque vestimento per aestatem hiememque uterentur. In Oeconomico autem Xenophontis Socrates hunc morem prorsus ignorat; dicit enim: Ἃ γὰρ

---

1) Mem. I. 6. 2.

2) Nic. Damasc. F. H. G. fr. 115.

3) Macrob. Sat. V. XVIII. 16, quo loco et Euripidis versus et Aristotelis verba afferuntur.

ὁ θεὸς διδάσκει, ἔφην ἐγώ, οὕτω γίγνεται ὁμονοεῖν· οἷον ἅμα πᾶσι δοκεῖ βέλτιον εἶναι ἐν τῷ χειμῶνι παχέα ἱμάτια φορεῖν, ἢν δύνωνται, καὶ πῦρ κάειν ἅμα πᾶσι δοκεῖ, ἢν ξύλα ἔχωσιν. [1])
Neque Agesilai temporibus hanc duritiam exstitisse haec verba demonstrant: τῶν γὰρ τῇ μόρᾳ φερόντων τὰ σιτία οὐδενὸς πῦρ εἰσενεγκόντος, ψύχους δ' ὄντος διά τε τὸ πάνυ ἐφ' ὑψηλοῦ εἶναι καὶ διὰ τὸ γενέσθαι ὕδωρ καὶ χάλαζαν πρὸς τὴν ἑσπέραν, καὶ ἀνεβεβήκεσαν δ' ἔχοντες οἷα δὴ θέρους σπειρία, ῥιγώντων δ' αὐτῶν καὶ ἐν σκότῳ ἀθυμῶς πρὸς τὸ δειπνεῖν ἐχόντων. [2])

Sed haec quoque consuetudo perfectissimae educationis praeceptis congruit. Quam cynicos commendavisse, Socratem atque Xenophontem utilem putavisse supra iam observavimus. Xenophon caloris et frigoris patientiam maximi aestimavit, quod denuo ex Memorabilium loco apparet ubi Socrates Aristippum rogat num ei πολλὴ ἀμέλεια videatur τοὺς πολλοὺς ἀγυμνάστως ἔχειν πρός τε ψύχη καὶ θάλπη. [3]) Pueri Persici quoque assuefacti sunt ut frigus caloremque perferre possent: καὶ γὰρ πρὸ ἀνίστασθαι ἐθίζει καὶ ψύχη καὶ θάλπη ἀνέχεσθαι, [4]) et alibi legimus: καὶ τὴν ἐγκράτειαν δὲ καὶ πόνους καὶ ψύχη καὶ θάλπη καὶ λιμὸν καὶ δίψος δύνασθαι φέρειν ἐνταῦθα μάλιστα προσεῖθιζε τοὺς κοινωνάς. [5])

Haud aliter de Cretensibus audimus: διαιτῶνται μετ' ἀλλήλων ἐν φαύλοις τριβωνίοις καὶ χειμῶνος καὶ θέρους τὰ αὐτά. [6]) Itaque haec consuetudo Spartanis quoque tribuitur. —

Dixerit quispiam ea quae Xenophon narrat ad Lycurgi tantum tempora spectare; quibus autem opponendum est temporibus longe antecedentibus Spartanorum vestitum profecto humilem non fuisse; postea autem simpliciorem factum esse. [7]) Aristoteles Spartae, inquit, τὴν ἐσθῆτα

---

1) Oec. XVII. 3.
2) Hell. IV. 5. 4.
3) Mem. II. 1. 6.
4) Cyr. I. 2. 10.
5) Cyr. VIII. 1. 36.
6) Ephorus apud Strabonem p. 483. Heraclides Ponticus idem commemorat: οἱ δὲ παῖδες οἱ ἐν Κρήτῃ μετ' ἀλλήλων διαιτῶνται ἐν ἑνὶ ἱματίῳ θέρους καὶ χειμῶνος. Ephori verba sine dubio respexit.
7) Thuc I. 6. 4.

οἱ πλούσιοι τοιαύτην οἵαν ἄν τις παρασκεύασαι δύναιτο καὶ τῶν πενήτων ὁστισοῦν. [1]) Quo magis Sparta omnibus viribus arti militari incubuit, eo magis vestitus luxuria evanuit. Xenophontis autem verba Spartanos uno eodemque vestimento usos esse per aestatem hiememque ut διαθρύπτεσθαι prohiberent manifesto theoreticum indicant.

§ 5. Praeterea Lycurgus dicitur pueris tantum nutrimenti dedisse ut cibi inopia non perirent; [2]) quo modo melius famem sitimque tolerare possent, eorumque corpora saniora et procera fierent. Ceteri Graeci stulti ac hebetes σίτου γε μὴν αὐτοῖς γαστέρα μέτρον νομίζουσι, quod Xenophon reprehensione dignum putat. Nec mirum est eum victus parsimoniam tamquam virtutem magnam celebravisse. Etenim saeculo quinto medici, qui hac in re versantur, victus rationem praescripserunt; quod apparet ex sophistae quinti saeculi oratione, quae in Hippocratis scriptis numeratur et περὶ τέχνης inscribitur; [3]) cuius in capite sexto legimus: νῦν δὲ φαίνονται τῶν ἰητρῶν οἱ μάλιστα ἐπαινεόμενοι καὶ διαιτήμασιν ἰώμενοι καὶ ἄλλοισιν γε εἴδεσιν. — Apud Hippocratem traditur: ὅκου ἂν τροφὴ πλείων παρὰ φύσιν ἐσέλθῃ, νοῦσον ποιέει. [4])

Nec minus ethici praedicaverunt cibi potionis modum desiderio naturali, non voluptate finiendum esse atque moderationem laudibus extulerunt. Ut nonnulla testimonia afferam, Pythagorei parcissimi et vilissimi cibi praecepta dederunt, quo nutrimento adulescentes saniores reddere voluerunt. [5])

Socrates similia docet: Σωκράτης παρήνει φυλάττεσθαι τῶν βρωμάτων, ὅσα μὴ πεινῶντες ἐσθίειν ἀναπείθει· καὶ τῶν πομάτων, ὅσα πίνειν μὴ διψῶντας. [6])

---

1) Pol. 1294 b 27.

2) Heraclides Ponticus F. H. G. II, p. 211, fr. 8: τρέφουσι (sc. Spartani) δὲ τὰ τέκνα ὥστε μηδέποτε πληροῦν ἵνα ἐθίζωνται δύνασθαι πεινῆν. Quae verba Xenophontis simillima ex hoc libello pendere puto.

3) Gomperz, Apologie der Heilkunst.

4) Aphorismi II. 17.

5) Diels, l. c. I. 287 D 8.

6) Stob. Flor. 101. 20.

Gorgias quoque ἐρωτηθεὶς ποίᾳ δικίτῃ χρώμενος εἰς μακρὸν γῆρας ἦλθεν· οὐδὲν οὐδέποτε, ἔφη, πρὸς ἡδονὴν, οὔτε φαγὼν, οὔτε δράσας. [1])

Cynicos λιτὴν τροφήν imperavisse supra (p. 54) iam vidimus. Ii qui rempublicam perfectissimam exstruere volunt liberorum cibo quoque operam dant; quod his Aristotelis verbis illustratur: γενομένων δὲ τῶν τέκνων οἴεσθαι〈δεῖ〉 μεγάλην εἶναι διαφορὰν πρὸς τὴν τῶν σωμάτων δύναμιν τὴν τροφήν, legumlatori igitur nutrimentum curae esse oportet. [2])

Quantopere Xenophonti ipsi humilis victus praecepta placuerint nonnulli loci demonstrant. In Memorabilibus narrat Socratem fame sitique tantum coactum edisse ac potavisse, τὸ ὑπὲρ τὸν κόρον ἐμπίμπλασθαι autem cavisse. [3])

Quin etiam eo progressus est Xenophon ut contenderet: διὰ γὰρ τὴν ἀρετὴν αἱροῦνται μὲν ἄνευ πόνου τὰ μέτρια κεκτῆσθαι μᾶλλον ἢ διὰ πολέμου πάντων κυριεύειν, καὶ δύνανται πεινῶντες καὶ διψῶντες ἀλύπως σίτου καὶ ποτοῦ κοινωνεῖν .... [4])

Viro cuidam querenti ὅτι ἀηδῶς ἐσθίοι Socrates respondit Acumenum medicum huius rei medicinam bonam habere; ποῖον; παύσασθαι ἐσθίοντα, ἔφη· καὶ ἥδιον καὶ εὐτελέστερον καὶ ὑγιεινότερον διάξειν παυσάμενον. [5])

Alibi docet ἀκρασίαν homines a summo bono, sapientia, prohibere. [6])

Socratis colloquium cum Antiphonte habitum supra (p. 55) iam citavimus.

Nec aliter res se habet in Cyropaedia, ubi pueri dicuntur parco cibo nutriri: διδάσκουσι δὲ καὶ ἐγκράτειαν γαστρὸς καὶ ποτοῦ. [7]) Ex eodem genere est, quod alibi legimus: εἰ δέ τις αὐτοὺς οἴεται ἢ ἐσθίειν ἀηδῶς, ὅταν κάρδαμον μόνον ἔχωσιν ἐπὶ τῷ σίτῳ, ἢ πίνειν ἀηδῶς, ὅταν ὕδωρ πίνωσιν, ἀνάμνησθήτω

---

1) Stob. Flor. 101. 21.
2) Ar. Pol. 1336 a 4.
3) Mem. I. 3. 5.
4) Mem. II. 6. 22.
5) Mem. III. 13. 2.
6) Mem. IV. 5. 4.
7) Cyr. I. 2. 8.

πῶς μὲν ἡδὺ μᾶζα καὶ ἄρτος πεινῶντι φαγεῖν, πῶς δὲ ἡδὺ ὕδωρ πιεῖν διψῶντι. [1]) Cibi condimentum famem esse sane praedicat.

Cyrus patri roganti quo modo valetudini consulat respondit: πρῶτον μὲν νὴ Δία πειρῶμαι μηδέποτε ὑπερπίμπλασθαι. [2])

Ne patriae desiderium Cyrum caperet Astyages avus ei cibos delicatos apposuit; quibus rebus Cyrus autem non delectatus, dixit Persis exsatiandi viam meliorem ac faciliorem esse. [3])

Quam victus parsimoniam, a theoreticis celebratam, apud gentes feras ac barbaras exstitisse rerum scriptores tradiderunt. Sic Ephorus narrat Scythas ταῖς δικίταις εὐτελεῖς esse; [4]) atque Celtas: ἀσκεῖν αὐτοὺς μὴ παχεῖς εἶναι μηδὲ προγάστορας τὸν ὑπερβαλλόμενον τῶν νέων τὸ τῆς ζώνης μέρος ζημιοῦσθαι. [5])

Nec minus videlicet Spartae illa victus parsimonia, a medicis et theoreticis laudibus elata, revera exstitisse iudicatur. Apparet hac quoque in re Xenophontem magis philosophi quam historici loco Spartanorum consuetudines describere. Consilia quae paragrapho quinta Lycurgi menti adscribit sine dubio in ipsius animo orta sunt.

§ 7, 8. Attamen ne pueri esurirent Lycurgus permisit ut alimenta sibi furarentur; simplicissimeque pergit Lycurgum id vero non instituisse quod cibi inopia laboraret, immo ut eos ad cibum in bello providendum aptiores redderet, quam ob rem pueri in furto deprehensi vapularent. [6]) De hoc furandi more alii aliter iudicaverunt. Fuerunt qui contenderent hanc consuetudinem bonorum aequa-

---

1) Cyr. I. 2. 11. 2) Cyr. I. 6. 17.

3) Cyr. I. 3. 4.

4) Strabo 302.

5) Strabo 199. Nicolaus Damascenus, qui sine dubio Ephori scripta in usum suum convertit de Hiberis unum idemque tradidit. F. H. G. fr. 102: Ἴβηροι ἔχουσι δὲ καὶ μέτρον τι ζώνης ᾗ τὴν γαστέρα περιλαβεῖν ἂν μὴ δυνηθῶσιν, αἰσχρὸν ἡγοῦνται.

6) Heraclides Ponticus F. H. G. II. p. 211. fr. 8 eandem furti causam affert, apud quem legimus ἐθίζουσι δὲ αὐτοὺς καὶ κλέπτειν (καὶ τὸν ἁλόντα κολάζουσι πληγαῖς) ἵν' ἐκ τούτου πονεῖν καὶ ἀγρυπνεῖν δυνῶνται ἐν τοῖς πολέμοις. cf. Trieber, Quaestiones Laconicae I. p. 23, 24, qui multos locos collegit qui de pueris Spartanis furantibus agunt.

tionis antiquae vestigium esse,[1]) quoniam in tali usu communi furtum culpa vacaret. Pöhlmann autem ostendit in bonorum communitate ipsa furtum semper scelus esse.[2]) De Spartanorum bonorum aequationis testimoniis in capite praecedenti iam egimus.

Frazer hunc morem tamquam „initiatory rite" interpretatur, qualis apud Bechuanas valet: „During the boguera (hoc est ritus nomen) they are allowed no fresh meat except what they can steal.... They are trained to endure cold and hunger, and are daily practised in the use of arms".[3]) Quibus verbis Nillson iure opponit hunc morem parum universum esse, quam qui Spartae eodem modo intellegi possit. Credit potius hanc Spartanorum consuetudinem hinc explicandum esse, quod apud eos, sicut apud omnes gentes incultas, dolus summa gratia floreret.[4]) Quamquam hoc argumentum gravius esse mihi videtur, tamen hanc opinionem cum Xenophontis verbis prorsus pugnare puto quibus discimus τὸ κλέπτειν Spartanis neque semper neque ubique licuisse sed legibus definitum ac temperatum esse. Haec enim audimus: ἀκούω τοὺς Λακεδαιμονίους, ὅσοι ἐστὲ τῶν ὁμοίων, εὐθὺς ἐκ παιδῶν κλέπτειν μελετᾶν, καὶ οὐκ αἰσχρὸν εἶναι ἀλλὰ καλὸν κλέπτειν, ὅσα μὴ κωλύει νόμος.[5]) Videmus igitur hoc furtum ordini certo tantum, iis solis qui ex ὁμοίων numero sunt, permissum esse. Quam ob rem Xenophontis opinionem, quam hoc libello patefacit, veram fuisse censeo atque hoc institutum ibi valuisse ut insidiis et furtis nocturnis puerorum calliditatem excercerent; sicut milites in decursibus saepe

---

1) Ed. Meyer, G. d. A. II. § 211: „Auch sonst haben sich in Sparta manche Reste der ursprünglichen Gemeinwirtschaft erhalten, so das Recht der Knaben Lebensmittel zu stehlen, wenn sie sich nicht dabei ertappen lassen — das ist eine dem späteren Eigentumsbegriff gemachte Concession, wodurch die alte Sitte in eine pädagogische Massregel umgewandelt wird". Similiter iudicat Trieber, Forschungen zur Spartan. Verfassungsgeschichte p. 26 A. 1.

2) Pöhlmann, l. c. I. 70. A 3.

3) Frazer in Pausaniae commentario II. 341.

4) Klio 1912, l. l. p. 336.

5) Anab. IV. 6. 14.

furta et occupationes temptant. Tota enim Spartanorum educatio arti militari intenta erat de qua re omnes scriptores consentiunt. [1]) Quam explicationem, hunc morem institutum militare fuisse, scholiasta nobis servavit, locum quendam ex Platonis Legibus explicans ubi scripsit *κρυπτεία τις] ἠφιέτό τις ἀπὸ τῆς πόλεως νέος ἐφ' ᾧτε μὴ ὀφθῆναι ἐπὶ τοσόνδε χρόνον. ἠναγκάζετο οὖν τὰ ὄρη περιερχόμενος. καὶ μήτε καθεύδων ἀδεῶς, ἵνα μὴ ληφθῇ, μήτε ὑπηρέταις χρώμενος μήτε σιτία ἐπιφερόμενος διαζῇν. ἄλλο δὲ καὶ τοῦτο γυμνασίας εἶδος πρὸς πόλεμον· ἀπολύοντες γὰρ ἕκαστον γυμνὸν προσέταττον ἐνιαυτὸν ὅλον ἔξω ἐν τοῖς ὄρεσι πλανᾶσθαι, καὶ τρέφειν ἑαυτὸν διὰ κλοπῆς καὶ τῶν τοιούτων, οὕτω δὲ ὥστε μηδενὶ κατάδηλον γενέσθαι. διὸ καὶ κρυπτεία ὠνόμασται. ἐκολάζοντο γὰρ οἱ ὁπουδήποτε ὀφθέντες.* [2]) Cuius autem ex verbis, quippe quae scripta sint ab auctore neque antiqui temporis neque sui arbitrii, temere efficere, quale hoc furandi institutum revera atque in singulis partibus fuerit, audacius et periculosius mihi videtur. Attamen concedendum est scholiastam hunc morem tamquam iuventutis exercitationem *πρὸς πόλεμον* institutam depinxisse.

§ 9. In paragrapho nona Xenophon de Orthiae cultu agit, de quo argumento in fine capitis mei quarti agam Spartanorum educatione pertractata.

§ 10. Ne paedonomo absente pueri sine custodia essent Lycurgus *ἐποίησε τὸν ἀεὶ παρόντα τῶν πολιτῶν κύριον εἶναι καὶ ἐπιτάττειν τοῖς παισὶν ὅ, τι [ἂν] ἀγαθὸν δοκοίη εἶναι, καὶ κολάζειν, εἴ τι ἁμαρτάνοιεν.* In Spartanorum civitate militari sine dubio pueri, si quid peccarent, puniri poterant a quovis cive, sicut milites ab omnibus cohortis praefectis reprehendi possunt. Suspicor autem Xenophontis sententiam nimis generalem esse, eumque hanc consuetudinem utilem

---

1) Thuc II. 39. cf. I. 70. 8 ubi de Atheniensibus fere idem dicitur. Quae verba profecto admonent ut talia dicta cautissime pro certis testimoniis habeamus; plane enim pendent ex eius qui loquitur arbitrio; ita ut modo Athenienses modo Spartani eisdem fere verbis celebrentur. — cf. Xen. Hell. VII. 1. 8; Plato Leges 628, 630 D; Arist. Pol. 1338 b 11, 1333 b 6, 1333 b 12, 1324 b 8, 1271 b 2.

2) Schol. ad Platonis Leges 633 B.

putavisse atque civitatis optimae imagini convenientem. Plato quoque commendavit: ὡς δ' αὖ δοῦλον, πᾶς ὁ προστυγχάνων τῶν ἐλευθέρων ἀνδρῶν κολαζέτω τόν τε παῖδα. [1])

Deinde Xenophon pergit οὐδὲν γὰρ οὕτως αἰδοῦνται οὔτε παῖδες οὔτε ἄνδρες ὡς τοὺς ἄρχοντας. Qua de oboedientia caput octavum tractans agam.

Caput tertium. Ceteri Graeci ὅταν... εἰς τὸ μειρακιοῦσθαι ἐκβαίνωτι pueros liberos dimittunt ac destituunt. Lycurgus autem intellexit huic ipsi aetati maxima cura opus esse. Quod Athenienses veteres quoque agnovisse putabantur. Isocrates enim dicit: ἀλλ' ἐν ταύταις ταῖς ἀκμαῖς πλείονος ἐπιμελείας ἐτύγχανον ἢ παῖδες ὄντες. [2]) Persae idem perspexerunt: δοκεῖ γὰρ αὕτη ἡ ἡλικία μάλιστα ἐπιμελείας δεῖσθαι. [3])

Lycurgo igitur idem judicium fuit atque Xenophonti eiusque aequalibus, qui tempora praeterita tamquam auream aetatem depingere volunt. Adulescentes qui superbissimi esse solent pudore imbuuntur; similiter in Cyropaedia ἡ ἀναισχυντία vitium maximum aestimatur.

§ 4. Praeterea Lycurgus eos silentio, oculis demissis, manibus pallio involutis incedere iussit. Quae verba nobis ἀρχαίας παιδείας, imaginem qualem Aristophanes depinxit in memoriam revocant. In Nubibus enim legimus:

λέξω τοίνυν τὴν ἀρχαίαν παιδείαν, ὡς διέκειτο,
ὅτ' ἐγὼ τὰ δίκαια λέγων ἤνθουν καὶ σωφροσύνη ἐνενόμιστο.
πρῶτον μὲν ἔδει παιδὸς φωνὴν γρύξαντος μηδὲν ἀκοῦσαι·
εἶτα βαδίζειν ἐν ταῖσιν ὁδοῖς εὐτάκτως εἰς κιθαριστοῦ
τοὺς κωμήτας γυμνοὺς ἀθρόους, κεἰ κριμνώδη κατανίφοι. [4])

Cynicos talem habitum commendavisse iam observavimus (p. 54). Haud aliter Persarum pueri se gerunt si Xenoponti credere libet: μηδὲ μεταστρεφόμενοι ἐπὶ θέαν μηδενός, ὡς οὐδὲν θαυμάζοντες. [5])

Apparet igitur talem modestiam et pudicitiam educationi perfectissimae congruere; itaque pueris Spartanis hae

---

1) Leges 808 E. 2) Areop. 37. 3) Gr. I. 2. 9.
4) Nubes 961.
5) Cyr. VIII. 1. 42.

virtutes attribuuntur. Deinde Xenophon contendit Spartae pueros modestiores esse quam alibi puellas; ἔνθα δὴ καὶ δῆλον γεγένηται, ὅτι τὸ ἄρρεν φῦλον καὶ εἰς τὸ σωφρονεῖν ἰσχυρότερόν ἐστι τῆς θηλείας φύσεως. Quod enuntiatum primo certe conspectu mirum est in puerorum educationis descriptione. Attamen puto haec verba dicendi rationem facete indicare; scriptor enim, si ei in animo fuisset ieiune facta narrare, hanc sententiam communem numquam interposuisset. Sed ex eo proposito, quod expedit pueros modeste ac silentio incedere, sponte fere haec sententia efficitur, quae thesis loco inserta est: atque pueri hanc virtutem consequi possunt, quorum genus est ἰσχυρότερον εἰς τὸ σωφρονεῖν. [1])

§ 5. ἐκείνων γοῦν ἧττον μὲν ἂν φωνὴν ἀκούσαις ἢ τῶν λιθίνων. Quae verba exemplum illarum comparationum audacium praebent, quibus Gorgias studuit. [2])

Αἰδημονεστέρους δ' ἂν αὐτοὺς ἡγήσαιο καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς θαλάμοις παρθένων (ex Pierleoni editione verba affero). Rühl legere vult: τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παρθένων, qua antiqua coniectura me quidem iudice locus plane obscurus fit. [3])

Caput quartum. Huius capitis initium nos docet Lycurgum praecipue adulescentibus consuluisse, cum in capite praecedenti ostendisset το μειράκιον imprimis custodiendum esse. In his tribus capitibus Xenophon aetatis discrimina neglegenter aut obscure indicavit e. g. omnia quae in capite secundo traduntur, prius ad iuvenes quam ad pueros spectare videntur; in capitis quarti paragrapho tertia subito ἄνδρας commemorat.

Isocrates quoque intellexit civitati maximi ponderis esse adulescentes custodiri, cuius in Areopagitico legitur: ἁπάντων μὲν οὖν ἐφρόντιζον τῶν πολιτῶν, μάλιστα δὲ τῶν νεω-

---

1) cf. Eur. Hipp. 666.

2) Quas comparationes temerarias Diomedes tamquam κακοζηλίας significationes vituperavit. cf. Norden, Antike Kunstprosa p. 68; Seyffert, De Xenophontis Agesilao quaestiones p. 46.

3) Cf. quae Gemoll de hoc loco nuper scripsit, Berl. Phil. Woch. 1920, p. 867.

τέρων. [1]) In republica optima magistratuum curam ad adulescentes imprimis pertinere oportet; itaque Lycurgi menti tales rationes ascribuntur.

§ 2. Lycurgus dicitur ἔριν περὶ ἀρετῆς instituisse; intellexit enim τὴν φιλονικίαν adulescentes adhortaturam esse ut omnes vires morales exercerent. Denuo Lycurgus traditur aliquid instituisse, quod Xenophonti, ut nonnulla testimonia demonstrant, optandum videtur. Xenophon enim putat certamina ex quibus praemia auferri possunt, honoris cupiditatem atque industriam augere, utilissima igitur esse.[2]) Similiter in morali parte ei virtutis contentio gratissima atque aptissima videtur quae virtutis aemulationem excitaret. [3])

Sic de Agesilao rege audimus: ἔτι δὲ φιλονεικίαν ἐνέβαλε πρὸς ἀλλήλους τοῖς μετ' αὐτοῦ ὅπως ἕκαστοι αὐτῶν ἄριστοι φαίνοιντο. [4]) In Cyropaedia similia inveniuntur, ubi dixit: ἡγοῦμαι μὲν ἡμᾶς πάντας ἐκ τοῦ ἴσου νῦν ὁρμᾶσθαι εἰς τὸ ἀγωνίζεσθαι περὶ ἀρετῆς. [5])

Neque Xenophon solus huius ἀρετῆς contentionis mentionem facit. Socrates iam ἐρωτηθεὶς τίς ἀρίστη πόλις, ἐν ᾗ, ἔφη, πλεῖστα ἀρετῆς ἆθλα. [6])

Cynici καλοκἀγαθίας contentiones tam necessarias aestimant quam currendi et luctandi certamina. Bonos et malos διακρίνειν maximi interest, quod Diogenes Laertius nos docet: τότ' ἔφη (sc. Antisthenes) τὰς πόλεις ἀπόλλυσθαι, ὅταν μὴ δύνωνται τοὺς φαύλους ἀπὸ τῶν σπουδαίων διακρίνειν. [7])

Plato quoque huius rei notitiam habet, qui scripsit φιλονικείτω δὲ ἡμῖν πᾶς πρὸς ἀρετὴν ἀφθόνως [8]) et alibi legi-

---

1) Areop. 43.

2) Scharr, l. c. p. 209 multos locos ex Xenophontis scriptis affert, quibus id demonstret.

3) cf. Bazin, l. c. p. 49. Quod Lycurgus dicitur ἔριν περὶ ἀρετῆς instituisse ei demonstrare videtur hunc libellum a Xenophonte scriptum esse, adeo Xenophontis proprium est. Citat deinde Hieronem IX. 4.

4) Ages. II. 8.

5) Cyr. II. 3. 8.

6) Stob. Flor. 43. 82.

7) Diog. Laert. VI. 5.

8) Leges 731 A.

mus: *μὴ πειθόμενος δὲ τῷ νόμῳ κινδυνευέτω ἀναγώνιστος γίγνεσθαι περὶ ἀρετῆς.* [1]) Iussit legum custodes esse *τοὺς τἀριστεῖα εἰληφότας.* [2]) Ex eodem genere sunt haec: *καὶ ὃς ἀρέτῃ πάντων διαφέρειν οἴεται καὶ νικητήρια τούτων αὐτῶν εἴληφεν ....*[3]) Sine dubio Xenophon tali virtutis contentioni favit, sed nimis angustum mihi videtur hanc sententiam cynicorum tantum auctoritati ascribere. [4]) Vidimus enim et Socratem et Platonem virtutis aemulationem cognitam habuisse, ita ut potius credam apud theoreticos locum fere communem fuisse. Quae sententia nobis apud Thucydidem iam occurrit, qui Periclem dicentem facit: *ἄθλα γὰρ οἷς κεῖται ἀρετῆς μέγιστα, τοῖς δὲ καὶ ἄνδρες ἄριστοι πολιτεύουσι.* [5]) Quae hic de virtutis contentione et *ἱππαγρέτων* electione traduntur nemo igitur veritatem historicam putabit. [6])

Quae in paragrapho quarta narrantur mira et obscura sunt, imprimis haec verba: *παραφυλάττουσιν ἀλλήλους* vix intelligi possunt. Exspectaveris enim eos tantum qui non electi erant selectos praecipue custodire et observare, ne quid contra leges faciant.

§ 6. *ἀνάγκη δ' αὐτοῖς καὶ εὐεξίας ἐπιμελεῖσθαι.*

Xenophontis profecto proprium est corporis exercitationes, quae corpora robusta et fortia reddant, permagni aestimare. In Memorabilibus de *εὐεξίας* commodis copiose agit atque ostendit valetudine multos homines e magnis periculis evasisse patriamque servavisse. [7]) Socrates in colloquio cum Periclis filio habito demonstrat Atheniensibus, ut virtutem antiquam repeterent, ad maiorum vitam redeundum neque diutius corporis exercitationes neglegendas esse. [8])

---

1) Leges 845 D. 2) Leges 961 A. 3) Leges 964 B.

4) Ut Joël l. c. II. 517 putat, quem secutus Habben contendit „sententiam de aemulatione ex Antisthenis scriptis receptam esse" (l. c. p. 56).

5) Thuc. II. 46.

6) De hippagretis ipsis cf. Gilbert, l. c. I. 81. Praeter locos quos Gilbert affert apud Herodotum VII. 229 nominantur.

7) Mem. III. 12.

8) Mem. III. 5. 15. cf. Scharr, l. c. p. 260.

Ii qui non electi sunt cum viris electis manus conserunt ὅπου ἂν συμβάλωσιν, quod magnam certe suspicionem movet. πᾶς ὁ παραγενόμενος potest viros pugnantes divellere; is autem qui hoc dicto audiens non est ad ephoros adducitur et severe punitur, quoniam volunt εἰς τὸ μήποτε ὀργὴν τοῦ μὴ πείθεσθαι τοῖς νόμοις κρατῆσαι, quod consilium sine dubio Xenophontis ipsius est.

Praeterea Lycurgus legibus sanxit ut adulescentes venationibus studerent quibus eos magis idoneos ad belli labores perferendos compararet. Quam opinionem, τὸ θηρᾶν belli praeparationem esse, rursus in Cyropaedia invenimus, ubi legimus διὰ τοῦτο (h. e. ob eandem causam quam indicavi, τὸ θηρᾶν bello utile esse) δὲ δημοσίᾳ τοῦ θηρᾶν ἐπιμέλονται [1]) et alibi dicitur τῆς πολεμικῆς δ' ἕνεκα ἀσκήσεως ἐπὶ θήραν ἐξῆγεν. [2]) Iisdem rationibus quibus venationes bello utiles considerantur Xenophon illas educationi optimae congruere putat.

Haud aliter Cynici iudicaverunt, [3]) et similis Platonis opinio patefit ex his verbis: κινδυνεύει γὰρ οὐδενὸς ἔλαττον μάθημα εἶναι δὶ ἀκριβείας ἐπίστασθαι πάντας τὴν αὐτῶν χώραν· οὗ δὴ χάριν κυνηγέσια καὶ τὴν ἄλλην θήραν οὐχ ἧττον ἐπιτηδεύειν δεῖ τὸν ἠβῶντα ἢ τῆς ἄλλης ἡδονῆς ἅμα καὶ ὠφελίας τῆς περὶ τὰ τοιαῦτα γενομένης πᾶσιν. [4])

Nec minus Aristoteles venationem cum bello coniunxit qui sic scripsit: διὸ καὶ ἡ πολεμικὴ φύσει κτητική πως ἔσται (ἡ γὰρ θηρευτικὴ μέρος αὐτῆς), ἣ δεῖ χρῆσθαι πρός τε τὰ θηρία καὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσοι πεφυκότες ἄρχεσθαι μὴ θέλουσιν, ὡς φύσει δίκαιον τοῦτον ὄντα τὸν πόλεμον. [5])

Spartae igitur mos quidam valuit qui Xenophonti magnopere placuit. Nec mirum est Spartanos, artis militaris studiosos, venationibus favisse atque multum in iis fuisse; praeterea adulescentibus imprimis eas utiles putavisse, quibus eos στρατιωτίκους πόνους ὑποφέρειν doceant. Plato

---

1) Cyr. I. 2. 9.
2) Cyr. VIII. 1. 34.
3) Diog. Laert. VI. 31, quem locum supra (p. 54) citavi.
4) Leges 763 B.
5) Arist. Pol. 1256 b 24.

eodem modo dixit: τρίτον (sc. harum rerum quae πρὸς τὸν πόλεμον praecipiuntur) ἔγωγ' εἴποιμ' ἂν καὶ Λακεδαιμονίων ὁστισοῦν, τὴν θήραν εὕρε,[1]) eandem igitur opinionem refert atque Xenophon. Quamquam fieri potest ut Xenophon venationes nimis tamquam exercitationes praescriptas depinxerit, verisimillimum tamen est in eius verbis veritatem historicam inesse neque opus est nos hac in re cynicorum vim indicare.[2]) Sententia τὸ θηρᾶν κάλλιστον εἶναι sine dubio cum Spartanorum opinionibus ipsis concinit.

Concedendum vero est nos his tribus capitibus perlectis multis in partibus Spartanorum educationis inscios manere. Ex se intellegitur Xenophontem compluribus moribus et institutis, quae Spartae revera exstabant, favisse; quae autem quam pulcherrima et optima adumbravit, consilia plane Socratica, Lycurgo legumlatori supposuit, omnia philosophi neque historici ratione contemplatus est ac descripsit, ita ut, nobis si haec capita sola praesto essent, Spartanorum educationem fere ignoraremus. Ex his capitibus potius educationis perfectissimae effigiem, qualem Xenophon animo finxit, quam Spartanorum παιδείαν cognoscere possumus.[3])

Attamen non omnes scriptores Spartanorum educationem laudibus extulerunt sicut Xenophon. Aristoteles contra multis in rebus vituperandam censuit,[4]) neque rem in maius sustulit cum dixit[5]) Platonem quoque Spartano-

---

1) Leges 633 B.

2) Joël, l. c. II. 57: „Der Jagdpädagoge Lykurg hatte seinen Platz im Herakles des Antisthenes, und er wirkt noch nach in Xen.'s Schrift de rep. Lac., wo er den Spartanern im Gegensatz zu andern Griechischen Staaten möglichst häufige Jagden gesetzlich auferlegt"; cf. II. 67: „Es zeigt den ganzen hypnotischen Einfluss des Kynikers, dass der sportlustige Xen. die Jagd nicht ehrlich als Selbstzweck eingesteht, sondern sie pädagogisch begründet".

3) Bazin, l. c. p. 43: „Si nous passons au système d'éducation de Lacédémone, nous verrons que c'était la réalisation même des vues personnelles de Xénophon". cf. Joël, II. 64: „Es kann wohl keine Frage sein, wir haben hier in Mem. II. 1 in allen Zügen das Programm der Spartan. παιδεία, wie sie die Kyniker idealisirt hatten".

4) Kessler, l. c. p. 72.

5) Pol. 1271 b 1.

rum legumlatoris ὑπόθεσιν reprehendisse.[1]) Plato enim graviter improbat ibi pueros velut ἀθρόους πώλους erudiri atque Spartanos id solum videre ut boni milites fiant.[2]) Spartani pueros ἀνδρείας quidem virtutem docent, maiorem autem virtutem σωφροσύνης prorsus neglegunt.[3])

---

1) Kessler, l. c. p. 72 A. 4: „Hiermit sagt Aristoteles zuviel. Denn nirgends hat Platon das Grundprincip des spartan. Gesetzgebers getadelt".

2) Leges 666 E.

3) Constantin Ritter, Plato's Gesetze. Darstellung des Inhalts, in commentario ad 633 E iure dixit Spartanorum et Cretensium instituta ἀνδρείας et σωφροσύνης ratione considerari et examinari, quae quidem „(genügen) den Anforderungen der Prüfung unter dem ersten auf sie angewandten Gesichtspunt, den der Erziehung zur ἀνδρεία. Aber bei der Prüfung eines zweiten, für weit wichtiger erklärten, stehen ihre Lobredner sogleich beschämt da".

CAPUT QUARTUM

DE DEAE ORTHIAE CULTU

c II. 9. Postquam Xenophon in paragrapho praecedenti dixit Lycurgum τὸ κλέπτειν instituisse atque pueros in furto deprehensos puniri, pergit: καὶ ὡς πλείστας δὴ ἁρπάσαι τυροὺς παρ' Ὀρθίας καλὸν θεὶς μαστιγοῦν τούτους ἄλλοις ἐπέταξε, τοῦτο δὴ δηλῶσαι καὶ ἐν τούτῳ βουλόμενος, ὅτι ἔστιν ὀλίγον χρόνον ἀλγήσαντα πολὺν χρόνον εὐδοκιμοῦντα εὐφραίνεσθαι.

Cuius flagellationis, quae diamastigosis dicitur, causa, qualem Xenophon hic affert, sine dubio in eius ipsius animo valuit. Sed iam statim ne cogitari quidem potest talem ritum „institutum" esse ut hanc notionem universalem, ratione tantum cognitam, nempe eum qui per breve tempus dolorem pertulerit diu gaudium capere, efficeret. Intellegimus autem Xenophontem ipsum τὸ μαστιγοῦν hac ratione consideratum utile duxisse. Ex aliis quoque locis apparet eum ante delectationem laborem, τὸν πόνον, necessarium putavisse. In Cyropaedia enim legimus: ἐκεῖνο δεῖ καταμαθεῖν ὅτι τοσούτῳ τἀγαθὰ μᾶλλον εὐφραίνει ὅσῳ ἂν μᾶλλον προπονήσας τις ἐπ' αὐτὰ ἴῃ [1]) et alibi eo progressus est ut contenderet: πόνους δὲ τοῦ ζῆν ἡδέως ἡγεμόνας νομίζετε. [2])

Sine dubio hac in re dogmata cynica ad Xenophontis opiniones multum potuerunt. Haud aliter Antisthenes docuit: Ἡδονὰς τὰς μετὰ τοὺς πόνους διωκτέον, ἀλλ' οὐχὶ τὰς πρὸ τῶν πόνων. [3]) Sententiam similem Diogenes Laertius

1) Cyr. VII. 5. 80.
2) Cyr. I. 5. 12.
3) Stob. Flor. 29. 65.

nobis servavit: καὶ ὅτι ὁ πόνος ἀγαθὸν συνέστησε διὰ τοῦ μεγάλου Ἡρακλέους καὶ τοῦ Κύρου .... [1])

Apud eundem haec traduntur: ἀρέσκει δ'αὐτοῖς (sc. τοῖς κυνικοῖς) ... ὅτι ὁ πόνος ἀγαθόν. [2])

Lycurgo igitur consilia reapse cynica tribuuntur. [3])

Sed haec diamastigosis unde orta sit quidque sibi velit, id compertum habemus? Testimonia quae nobis suppetunt, quamquam haud pauca, fere omnia temporis multo posterioris sunt. [4]) Quam ob rem haec Xenophontis verba maximi momenti sunt. Attamen quae de hac re commemorat perpauca sunt atque intellegi solum possunt ab iis lectoribus quibus ritus cognitus iam erat. Narrat adulescentes caseos παρ' Ὀρθίας rapere conantes flagellari. Itaque puerorum aetatem non discimus neque audimus ritusne eo temporis discrimine factus sit cum togam virilem sumerent, neque quinam verberaverint. Propositum quod Xenophon protulit sine dubio vanum est, sed de consilio ipso, quid tandem fuerit, viri docti etiam nunc disputant. Antiqui iam alii aliter hanc flagellationem explanaverunt; fuerunt enim qui putarent eam hinc explicandam esse quod ephebi verberarentur ut aram sanguine tingerent, hostiae humanae igitur vestigium esse. [5])

Aliam moris originem Plutarchus enarrat, qui dixit: ἔνιοι δέ φασι τῷ Παυσανίᾳ μικρὸν ἔξω τῆς παρατάξεως θύοντι καὶ κατευχομένῳ τῶν Λυδῶν τινας ἄφνω προσπεσόντας ἁρπάζειν καὶ διαῤῥίπτειν τὰ περὶ τὴν θυσίαν, τὸν δὲ Παυσανίαν καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν οὐκ ἔχοντας ὅπλα ῥάβδοις καὶ μάστιξι παίειν. διὸ καὶ νῦν ἐκείνης τῆς ἐπιδρομῆς μιμήματα τὰς περὶ τὸν βωμὸν ἐν Σπάρτῃ πληγὰς τῶν ἐφήβων καὶ τὴν μετὰ ταῦτα τῶν Λυδῶν

1) Diog. Laert. VI. 1. 2.

2) Diog. Laert. VI. 104.

3) Joël, l. c. II. 557.

4) Trieber, Q. L. p. 22 sqq. omnes locos ad hanc rem pertinentes collegit. Wide, Lakonische Kulte p. 98 gravissimos testes citavit.

5) e. g. Pausanias in Graeciae Descriptione III. 16. 10 tradidit „γίνεται λόγιον αἵματι ἀνθρώπων τὸν βωμὸν αἱμάσσειν. θυομένου δὲ ὕντινα ὁ κλῆρος ἐπελάμβανε, Λυκοῦργος μετέβαλεν ἐς τὰς ἐπὶ τοῖς ἐφήβοις μάστιγας, ἐμπίπλαταί τε οὕτως ἀνθρώπων αἵματι ὁ βωμός. ἡ δὲ ἱέρεια τὸ ξόανον ἔχουσά σφισιν ἐφέστηκε. cf. Trieber, l. c. p. 29 qui ceteros locos affert ubi eadem causa indicatur.

πομπὴν συντελεῖσθαι. [1]) Primo certe conspectu apparet illam Λυδῶν πομπήν, quae flagellatione confecta ducebatur, Plutarchum movisse ut talem causam historicam attulerit. Sed infra (p. 72) de his verbis accuratius agam.

Neque defuerunt qui hunc morem tamquam duritiae et patientiae specimen interpretarentur; [2]) etenim patres matresque adstant ut pueros adhortentur atque iis qui plura possunt verbera sustinere cognomen βωμονίκαις indunt. Perspicuum autem est talem causam ad educandi artem pertinentem veterem non esse.

Haud aliter historici hodierni, qui hoc in cultu versantur, dissident quomodo explicandus sit. Inveniuntur qui cum Pausania putent flagellationem in hostiae humanae locum suppositam esse. [3]) Sed quoniam pro hostia humana scelestorum quidem neces vel animalium sacrificium, nunquam flagellationes autem substitui solent, exstiterunt qui aliam viam inirent atque contenderent hunc Spartanorum morem in eorum rituum numero ducendum esse, qui „initiatory rites" vocantur lustrationemque spectant; [4]) quam explicandi viam persecuti eo progressi sunt ut dicerent nobis ibi arboris cultum cum flagellationibus coniunctum occurrere diamastigosinque iis verberibus, quibus nomen „Schlag mit der Lebensrute", [5]) simillimam esse; adulescentes verberibus igitur caedi ut ramorum robur in eos iniret quo validi et fortes fierent. [6])

---

1) Plut. Arist. 17.

2) e. g. Luc. Anach. XXXVIII, Plut. I. L. 239 D, Tertull. ad. Mart. IV, Cicero Tusc. II. 20, Senec. de prov. IV. 11.

3) Schreiber, Roscher's Lexicon, I p. 586, Wernicke, Pauly-Wissowa, II p. 1346, Habert, La religion de la Grèce antique p. 74.

4) Frazer in Pausaniae commentario, III. 341, quales ritus etiam describit in „Belief in Immortality" —, Thompson, The Asiatic or winged Artemis, Journal of Hell. Studies XXIX. 1909 p. 286.

5) Mannhardt, Wald- u. Feldkulte p. 281.

6) Thomsen, Orthia, Archiv für Rel. Wiss. 1906 p. 397; Nillson, Gr. Feste von religiöser Bedeutung p. 194: Thomsenio quidem assentitur, dicit autem flagellationem non ita depingendam esse quasi ephebi puerorum discentium modo pulsarentur, „es war im Gegenteil ein lebhafter Streit in

Quae opiniones tamen graves offensiones afferunt, nam hac in re semper ramis virentibus (vel fustibus ita ornatis) aut pellium frustis verberant atque praeterea pueri a puellis caedi solent. Spartae cum in diamastigosi mulierum nulla mentio fiat, flagellatio in talium rituum numero habenda non est. [1])

Quod autem Plutarchus ea quae ad Orthiae templum gerebantur ἐπιδρομῆς μίμημα appellavit, hoc igitur spectaculum arae oppugnationem ei in mentem revocavit, argumenti loco affertur quo demonstrent ibi adulescentes in duas partes discedentes pugnavisse, quarum altera impetum faceret ut caseos raperet, altera oppugnantes verberaret.

Quam pugnam eam esse putant quae „der Scheinkampf beim Mitsommerfeuer" vel „catervarum pugna" dicitur. [2]) Sine dubio talis pugna Spartae invenitur. [3]) Sed Lucianus hanc catervarum pugnam prorsus aliter descripsit [4]) atque

---

dem die Epheben die Käse der Orthia zu rauben suchten" (Plut. Arist. XVII). — Reinach, Cultes, mythes et religions p. 180: „Donc le but de la flagellation: c'est de faire passer dans le corps du patient la force et la vitalité de l'arbre, soit de l'animal, c'est à dire sans doute d'un ancien totem". — Pfuhl, Zur Geiszelung der Spartan. Epheben, Archiv für Rel. Wiss. 1911 p. 643 hunc morem tamquam procreationis ritum interpretatur: „eine Übertragung sexueller Kraft, eine Stärkung der Zeugungskraft". — Schwenn, Die Menschenopfer bei den Griechen und Römern, Religionsgeschichtl. Versuche u. Vorarbeiten Bd XV. Heft 3. 1915 praedicat aram sanguine imbuendam esse, quod homines corporis partes in ara deponentes cum dea se coniungerent. Praeterea ramis sacris verberati idem assequebantur. Itaque duobus modis unum idemque impetrabant ut cum dea coniungerentur.

1) Gruppe, Berichte über die Litt. zur antiken Mythologie u. Religionsgeschichte aus den Jahren 1898—1905, Bursian's Jahresberichte Bd 137 p. 417 id iam ostendit, quam rem deinde J. Vürtheim: Het ritueel aan het altaar der Orthia te Sparta, Verslagen en Mededeelingen der Kon. Acad. v. Wetensch., afd. Lett. IV. 12. 1914 amplissime tractavit.

2) J. Vürtheim, l. c., cui Fehrle, B. Ph. W. 1919 p. 159 assentitur.

3) Luc. Anach. XXXVIII, initio. Paus. III. 14. 8; Cicero Tusc. V. 27. 77.

4) Luc. Anach. XXXVIII, initio: μὴ καταγελάσαι... ὁπόταν... ἐς χωρίον εἰσελθόντες ὕδατι περιγεγραμμένον ἐς φάλαγγας διαστάντες τὰ πολεμίων ἀλλήλους ἐργάζωνται γυμνοὶ καὶ αὐτοὶ, ἄχρι ἂν ἐκβάλωσι τοῦ περιγράμματος τὸ ἕτερον σύνταγμα οἱ ἕτεροι, τοὺς κατὰ Λυκοῦργον οἱ καθ' Ἡρακλέα ἢ ἔμπαλιν, συνωθοῦντες ἐς τὸ ὕδωρ τὸ γὰρ ἀπὸ τούτου εἰρήνη λοιπὸν καὶ οὐδεὶς ἂν ἔτι παίσειε.

flagellationem, quae ad Orthiae aram invenitur, [1]) neque Luciani verba utriusque similitudinis speciem praebent.

Praeterea in capitis undequadragesimi fine dicit οὔκ, ἀλλὰ συνίης, οἶμαι, οἷον τί ἐστι, μαστιγοῦσθαι γυμνὸν ἄνω τὰς χεῖρας ἐπαίροντα μηδενὸς ἕνεκα ὠφελίμου ἢ αὐτῷ ἑκάστῳ ἢ κοινῇ τῇ πόλει... ἐπιγελῶν. ἑκάστοις ὁπόταν ὁρῶ τυπτομένους καθάπερ κλέπτας ἢ λωποδύτας ἢ τι ἄλλο τοιοῦτον ἐργασαμένους. Quae verba nobis duarum partium pugnae imaginem non proponunt. Vox μαστιγοῦν qua semper ea quae ad Orthiae aram geruntur significant pugnae cogitationem profecto excludit.

Indicia ad iudicandum non sufficiunt. Quae Xenophon de hoc more tradit indefinita et iis hominibus tantum perspicua sunt qui eius notitiam iam habent; alii fontes temporis posterioris sunt. Fieri igitur potest ut talis mos mutatus sit, vel in veterem formam novum argumentum infuderint. Quae cum ita sint praestat iudicio abstinere. [2])

Sed adhuc testimonia literaria sola perscrutati sumus atque vidimus quam multa obscura manserint; quid autem via archaeologica discimus? Postquam a Britannis multa Spartae reperta sunt, satis constat Orthiam magnae naturae deae, quae πότνια θηρῶν vocatur, specimen fuisse, omnium animalium dominae, quae saepe eorum caudam vel pedem tenens atque nonnumquam pinnata depingitur. [3])

---

1) Lucianus enim pergit hanc flagellationem depingens: μὴ καταγελάσαι .... ἢν ὁρᾷς μαστιγουμένους αὐτοὺς ἐπὶ τῷ βωμῷ καὶ αἵματι ῥεομένους, πατέρας δὲ καὶ μητέρας παρεστῶσας οὐχ ὅπως ἀνιώμενας ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις, ἀλλὰ καὶ ἀπειλούσας, εἰ μὴ ἀντέχοιεν πρὸς τὰς πληγάς.....

2) L. Ziehen, Bericht über die Griechischen Sakralaltertümer, Bursians Jahresberichte, Bd 172. 1915 p. 66, admonuit:

1. Wir wissen nicht ob die Epheben mit Lygosruten geschlagen wurden.

2. Wir wissen nicht einmal sicher ob die Geiszelung wirklich beim Eintritt in das Ephebenalter erfolgte.

3. Wir wissen überhaupt noch nicht genau wie eigentlich die διαμαστίγωσις vollzogen wurde, ob sie z.B. nicht mit einer ἁρπαγή verbunden war.

Ein sicheres Urteil scheint mir erst dann möglich wenn diese rein tatsächlichen Fragen gelöst sind.

3) Arch. Ztg. 1854, fig. 61, 62, 63; Gerhard illam figuram „Dianam Persicam" vocavit, quibus Koerte, Kleinasiatische Studien, Athen. Mitt. XX. 1895 p. 1 opposuit illam deam typum artis Mycenaeae,

Similia enim simulacra mulieris (quae interdum pennigera exprimitur), manu animalia gerentis, prope Orthiae templum inventa sunt. [1]) Dea praecipue avium aquatilium cervices apprehendit, quod hinc explicare volunt quod templum ad flumen situm fuerit (ἐν λίμναις). [2]) Raro manibus anguem tenens repraesentatur, [3]) quod demonstrat Orthiam esse deam infernam, „numen chthonicum", ut vocabulo utar hodie usurpato apud omnes qui his in rebus versantur. In vase Boeotio πότνια θηρῶν in vestimento piscem gerit, [4]) quod idem indicat; hodie sane constat quanta piscis vis fuerit in mortuorum et inferorum cultu. Quod ad Orthiae templum Gorgonis caput barbatum inventum est rursus idem demonstrat. [5])

Praeterea notatu dignissimum est prope Orthiae templum complures personas repertas esse, quae hac in re a mortuorum personis discrepant ut re vera ferri possent; semper oculi et plerumque os perforata sunt. [6]) Alii putaverunt homines sibi eas aptavisse ut se numine implorato protegerent, [7]) alii contenderunt religionum colentes eas capitibus imposuisse ut diis similes atque cum diis coniuncti

---

esse, quae πότνια θηρῶν nominatur (cf. tab. 1) — cf. Furtwängler, Roscher's Lexicon I. 1758, — Ed. Meyer, Roscher's Lexicon I. 333; vide etiam simulacra, Roscher's Lexicon I. 564, II. 1751 fig. 7, II 1753. fig. 8 — Arch. Ztg. 1866 p. 257 tab. A — Milchhöfer, Anfänge der Kunst in Grl., p. 86 fig. 56 a, b — Jones, The chest of Kypselos, Journal of Hell. Studies XIV. 1894 p. 30 — Gruppe, Hdbk. Iw. Müller, V. 2 p. 1301 de Diana pennigera — Pauly-Wissowa, II. 1413 — Thompson, The Asiatic or winged Artemis, Journal of Hell. Studies, XXIX. 1909 p. 286 — Radet, Cybébé — Farnell, Cults of Greek States, II. Pl. XXIX — Walters, Ancient Pottery p. 289 fig. 86.

1) B. S. A. XII. p. 323, fig. 3 b; B. S. A. XIII. p. 78 fig. 17 b, p. 80 fig. 18 a.

2) Dawkins, Representations of the goddess, B. S. A. XIII. p. 105.

3) B. S. A. XVI. p. 16 fig. 1; cf. Thompson, l. c. p. 288 fig. 3, ubi deam pinnatam videmus, manu avem gerentem, dum infra anguis serpit.

4) Farnell, l. c.

5) B. S. A. XIII. p. 92, fig. 25 c.

6) B. S. A. XII. Pl. X, XI, XII; B. S. A. XIV. p. 72.

7) Bosanquet, B. S. A. XII. p. 338 „for the purpose of disguise and protection".

essent. [1]) Quae opinio postrema verisimillima mihi videtur. Personis capitibus impositis saltationes mysticas eos quidem fecisse conicio, quibus fecunditatem provocarent, [2]) quae Orthiae, fertilitatis deae, igitur convenientes sunt. Quibus personis simillimae Sami [3]) et Carthagine [4]) inventae sunt. Quod Sami inventae sunt vim Lydiam demonstrare possit, idem igitur quod iam pridem ex Lydorum pompa, post flagellationem confectam, ducta concluserunt. [5]) Sardibus mulieris pennigerae, animalia gerentis, emblema repertum est, quod probare possit ibi cultus originem esse. [6]) Ibi simulacra diversa, in quibus ξόανον, signum rigidum et durum, quod fuit specimen antiquissimum Dianae Ephesiae neque Spartae deest, [7]) inventa sunt. Cum ii qui Sardes petebant Samum et Ephesum praeterirent, fieri quidem potest ut hac ratione cultum asciverint. [8]) Attamen puto necessarium non esse cultum totum ascitum esse, sed Sami, Ephesi, Spartae cum deae inter se similes, fecunditatis deae, colerentur, facile ritus nonnulli transferri poterant.

Constat igitur deam Orthiam huius numinis cui nomen πότνια θηρῶν typum fuisse. Quoniam fertilitatis dea est, intellegi potest ei falcem sacrificari, [9]) adulescentesque

---

1) A. Dieterich, Die Entstehung der Tragödie, Archiv für Rel. Wiss. XI. 1908 p. 171. — M. Bieber, Die Herkunft des tragischen Kostüms, Jahrbuch des Deutschen archäol. Instituts 1917 p. 70; cf. Frazer, The golden Bough VI. (the scapegoat) p. 374: „Gods and spirits personated by the actors of masked dances".

2) Frazer, l. c.; cf. Lang, Mythes, cultes et religions (traduit par Marillier), p. 261; Goblet d'Alviella, The ritual of initiation, Encyclopedia of Religion and Ethics-Hastings s.v. Initiation.

3) Boehlau, Aus ionischen und italischen Nekropolen p. 47; p. 158, tab. XIII. 1, 1 a.

4) M. Bieber l. c. quattuor simulacra affert: fig. 36—39.

5) Diels, Alkmans Partheneion, Hermes 31 (1896) p. 341. cf. Curtius, Artemis Gygaia und die lydischen Fürstengräber, Archäol. Ztg. 1853 p. 148.

6) Radet, Cybébé Pl. I. p. 99 sqq.

7) B. S. A. XIII. p. 106 fig. 32, p. 107 fig. 33 a; B. S. A. XIV. p. 23 fig. 8, p. 63 fig. 6.

8) B. S. A. XII. p. 331: „The cult of Orthia as illustrated by the finds".

9) B. S. A. XII. p. 361, 367, 371. cf. p. 384: Tillyard, What was

ab eius ara caseos rapuisse. [1]) Nec mirum est Orthiam partus adiutricem exstitisse. [2]) A templi latere multae tegulae inventae sunt, in quibus nomen Eileithyia inest. Eileithyiae et Orthiae sive idem delubrum sive templa proxima erant. [3])

Ea quae ad Orthiae templum inventa sunt nos deae naturam quidem docuerunt, adulescentium autem flagellatio nondum explanata est.

---

the thing dedicated? — Kolbe, Diana Orthiae fanum, I. G. V. 1. p. 79 sqq. — B. S. A. XIII. p. 186, 196.

1) J. Vürtheim, l. c. p. 55. Praeterea confer Wyss, Die Milch im Kultus der Griechen und Römer, Religionsgeschichtl. Versuche u. Vorarbeiten XV. 1914/1915 p. 62: „Die Milch war ein Hauptbestandteil der nüchternen Spenden die vor allen im Kult der chthonischen Götter verwendet wurden". Casei sacrificia exstitisse apud Cretenses, Therae, Coi demonstrat. Usitatum igitur est nos in fertilitatis deae ara caseos invenire, neque vocem τυρούς in τύπους vel τύλους mutandam esse puto, ut Haase et Habben voluerunt.

2) Schol. Lycophr. 1331, Schol. Pind. Ol. 3. 54.

3) B. S. A. XV. p. 21; XIV. p. 66 fig. 7 c. Eileithyiam, Orthiam, Apollinem depingere videtur.

CAPUT QUINTUM.

DE SYSSITIIS

In capite quinto Xenophon de Spartanorum syssitiis agit, quas cenas ipse plerumque *συσκήνια* et interdum *φιδίτια* vocat. [1])

De quibus syssitiis fons antiquissimus est Herodotus, apud quem haec verba notissima legimus: *τὰ ἐς πόλεμον ἔχοντα, ἐνωμοτίας καὶ τριηκάδας καὶ συσσίτια .... ἔστησε Λυκοῦργος.* [2]) Quo ex loco id tantum colligere possumus *συσσίτια* cum re militari cohaerere (*ἐς πόλεμον ἔχοντα*). Nec

1) De nomine cf. Bielschowsky, De Spartanorum syssitiis p. 9—13, qui conclusit initio syssitiorum nomen plenum *ἀνδρεῖα φιδίτια* fuisse, nomenque *φιδίτια* a verbo *ἔδειν* derivatum esse; quae postea brevitatis causa sive *ἀνδρεῖα* sive *φιδίτια* nominari; apud Xenophontem autem aliud quoque nomen inveniri: *συσκήνια*. Trieber, Forschungen I. p. 19 sqq. putat apud scriptores meliores vocem *συσσίτια* significationem militarem tantum habere, cenas autem *φιδίτια* appellari; quod apud Xenophontem nomen *συσκήνια* usurpetur cenas in contubernio factas esse demonstrare. Schoemann-Lipsius, G. A. I. 278 contendit verum nomen *ϝιδίτια* fuisse, quod voce „Sitzungen" reddit. Vide etiam Oncken, Staatslehre des Aristoteles II. 327, Gilbert, Gr. St. A. I. 73. A. 2.

Nomen *συσκήνια* quo Xenophon haec syssitia appellavit demonstrare puto eum haec tamquam societates militum interpretatum esse; etenim commilitones atque contubernales *σύσκηνοι* vocantur. Sic Thucydides VII. 75 narrans Atheniensium res castris motis pessimas factas esse et milites mortuos ac vulneratos relinquendos, haec describit: *ἕνα ἕκαστον ἐπιβοώμενοι, εἴ τινά που τις ἴδοι ἢ ἑταίρων ἢ οἰκείων, τῶν τε συσκήνων ἤδη ἀπιόντων*, cf. Poland, Geschichte des Gr. Vereinswesens p. 127: „Als einziger Gattungsname für militäre Genossen begegnet uns die Bezeichnung *σύσκηνοι*. So gibt es in Tenedos rhodische *σύσκανοι*". Deinde ostendit in titulis sepulcralibus nomina *ἑταῖροι* et *σύσκηνοι* identidem inveniri. cf. Ziebarth, das Gr. Vereinswesen p. 118 qui et tales titulos sepulcrales et honorarios ducibus caris dedicatos affert.

2) Herod. I. 65.

tamen ex his verbis perpaucis effici posse mihi videtur utrum syssitia exercitus partes reapse significent, [1]) an Herodoto propositum solum fuerit ut ostendat „quae vis insit syssitiis"; [2]) nobis autem haec tantum quaestio magni ponderis est syssitiane in institutis militaribus numerentur, quod profecto perspicuum est. Post Herodotum Xenophon hoc argumentum tractavit, qui huius moris originem simpliciter sane descripsit, quasi Lycurgus παραλαβὼν τοὺς Σπαρτιάτας ... οἴκοι σκηνοῦντας ... subito syssitia instituisset. Attamen ex eius verbis concludere licet Xenophontis temporibus Graecis ne in mentem quidem venisse Spartanorum syssitia veterum morum vestigium esse, iis autem instituta artificiosa visa esse, quae Lycurgus consilio certo et definito praescripsisset. Sicut Plato eorum causam repetit, dicens: πολέμου τινὸς αὐτό, ὡς γ' εἰκός, νομοθετήσαντος ἢ τινος ἑτέρου τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχοντος πράγματος ... [3]) Xenophonte auctore Lycurgus ea praecepit ἡγούμενος ἥκιστ' ἂν παραβλίνεσθαι τὰ προσταττόμενα, ut disciplinam militarem igitur augeret. Haud aliter Plato causas militares veras putat. [4]) Quae scriptorum priorum opinio apud Ephorum prorsus evanuit, qui contendit Lycurgum Spartanis id vivendi genus praescripsisse ut bonorum aequationem efficeret, incontinentiam luxuriamque arceret. [5]) Cum Kesslero consentio illam commutationem confectam esse „infolge des offenkundigen Einflusses der socialphilosophischen Spekulation." [6]) In capite septimo huius libelli versantes iam

---

1) ut Bielschowsky l. c. p. 33 et Trieber l. c. p. 24 putant.

2) Stehfen, De Spartanorum re militari p. 27.

3) Leges 780 B. Neque sunt reliquiae virorum societatis (Männerbünde), ut Nillson, Klio 1912 p. 324 contendit: „Der sichtbare Ausdruck des Männerbundes (ist) das Männerhaus.... In Sparta ist das Männerhaus in kleine Zeltgenossenschaften, wie sie für Kriegszüge geeignet sind, zerlegt; das ist aus militärischen Rücksichten auch im Frieden beibehalten".

4) Kessler p. 48. Praeter locos quos Kessler attulit cf. Leges 625 E, 806 E, Kritias 112 B, ubi τὸ μάχιμον habet συσσίτια.

5) cf. Kessler p. 49.

6) Syssitiorum causam militarem iam ostenderant Oncken l. c. II. 326, Bielschowsky l. c. p. 32, Gilbert l. c. I. 72. Kessler primus autem theoreticorum vim quae ad memoriam tradendam valuit demonstravit.

observavimus quinto et praecipue quarto saeculo Athenienses fuisse qui bonorum aequationem ut summum perfectissimumque laudarent qua opulentiae paupertatisque discrimen evanesceret atque genus vivendi omnibus unumidemque fieret. Sic Aristophanes Blepyrum rogantem facit:

τὴν δὲ διαίταν τίνα ποιήσεις;

Responsum est:

κοινὴν πᾶσιν·
τὸ γὰρ ἄστυ
μίαν οἴκησίν φημι ποιήσειν συρρήξασ' εἰς ἓν
ἅπαντα,
ὥστε βαδίζειν εἰς ἀλλήλους. [1])

Facile profecto intellegi potest Athenienses postea horum syssitiorum causam moralem repetivisse atque praedicavisse Lycurgum ea legibus sanxisse ut inter cives ἰσότης exstaret. Ibi genus vivendi modicum et sobrium perfectum depinxerunt quod eis optimum videbatur. [2])

Aristoteles Ephori viam persecutus est, scribens: τὰ περὶ τὰς κτήσεις ἐν Λακεδαίμονι καὶ Κρήτῃ τοῖς συσσιτίοις ὁ νομοθέτης ἐκοίνωσε. [3]) Atque alibi similia dicuntur: ἔνιοι λέγουσιν .... (τὴν Λακ. πολιτείαν) δημοκρατεῖσθαι δὲ κατά τε τὰ συσσίτια. [4]) Et pauperibus et divitibus alimenta aequa in syssitiis dantur. [5]) Quam ob rem omnibus civitatibus syssitia utilia duxit: περὶ συσσιτίων τε συνδοκεῖ πᾶσι χρήσιμον εἶναι ταῖς εὖ κατεσκευασμέναις πόλεσιν ὑπάρχειν. [6])

Cuius legumlatoris propositi egregii Spartae autem perpauca reliqua sunt; etenim qui partem suam ad convivia afferre non iam poterant capitis deminutionem contrahe-

---

1) Eccles. 673.

2) cf. Joël l. c. II. 753: „die ausführlich moralpädagogische Motivation der Pheiditien aus Lygurgs Kopfe, de rep. Lac. V. 2, (ist) sicherlich nicht altspartanisch, und auch nicht Xenophontisch, sondern unverkennbar kynisch".

3) Pol. 1263 b 40. cf. Kessler p. 49. A. 7.

4) Pol. 1265 b 40.

5) Pol. 1294 b 27: οὕτω τὰ περὶ τὴν τροφὴν ταὐτὰ πᾶσιν ἐν τοῖς συσσιτίοις.

6) Pol. 1330 a 2.

bant, quod Aristoteles graviter perstrinxit. [1]) Apud scriptores posteriores autem Ephori auctoritas multum potuit cuius opiniones hac quoque in re asciverunt.

Priusquam de Spartanorum syssitiis iudicare poterimus inquirendum sane est num syssitia alibi quoque valuerint. Re vera multis locis nobis occurrunt: Corinthi, Megaris, in insulis Liparensibus fiebant. [2]) Similiter in lege quam Solon de sodalitatibus dedit σύσσιτοι nominantur. [3]) Aristophanes eos commemorat, apud quem legimus:

ἀρχὴν ἄρξας ἢ 'πὶ στρατιᾶς τοῖς ξυσσίτοις ἀγοράζων. [4])

Plato tradidit Mileti, Thuriis, in Boeotia syssitia valuisse: καὶ τὰ συσσίτια πολλὰ μὲν ἄλλα νῦν ὠφελεῖ τὰς πόλεις, πρὸς δὲ τὰς στάσεις χαλεπά-δηλοῦσιν δὲ Μιλησίων καὶ Βοιωτῶν καὶ Θουρίων παῖδες. [5])

Aristoteles exposuit Carthaginiensium syssitia Spartanorum simillima fuisse. [6]) Nec mirum: Carthago enim, gentibus infestis circumdata in parte militari Spartae consimilis erat. Alibi contendit syssitia ex Italia oriunda esse: τὰ δὲ περὶ τὴν Ἰταλίαν πολλῷ παλαιότερα τούτων, [7]) et paulo inferius dixit: ἡ μὲν οὖν τῶν συσσιτίων τάξις ἐντεῦθεν γέγονε

---

1) Pol. 1271 a 26, 1272 a 13.

Neumann, Hist. Ztschr. 1906 p. 47 iure ostendit, eum qui ad syssitia partem suam non iam afferre posset κλῆρον amisisse, κλῆρον autem domini Spartani vitae fundamentum fuisse; „mit der wirtschaftlichen Voraussetzung fällt auch die politische Stellung; χρήματ' ἀνήρ ist echt Spartiatisch".

2) Quos locos Wachsmuth, Hellen. Altertumskunde in capite cui titulus „Speiseordnung" II. 2. § 110 citavit.

Diodorus quoniam de Liparensibus tradidit: καὶ τὰς οὐσίας δὲ κοινὰς ποιησάμενοι καὶ ζῶντες κατὰ συσσίτια, διετέλεσαν ἐπί τινας χρόνους κοινωνικῶς βιοῦντες (V. 9.), Trieber, Forschungen p. 25 arbitratus est bonorum aequationem syssitiorum fundamentum fuisse. Quibus autem opponendum est Liparenses Diodoro iudice syssitia instituisse ut ab insula piratas prohiberent; propositum militare igitur ne hic quidem defuit.

3) Beauchet, Histoire du droit privé de la République Athénienne IV. p. 362: „il est assez difficile de déterminer quels étaient précisément les σύσσιτοι visés par la loi de Solon. Autant qu'on peut en juger par les textes qui emploient cette expression, on doit admettre qu'elle s'appliquait aux soldats faisant ménage commun dans leurs garnisons ou en campagne."— cf. Ziebarth l. c. p. 167.

4) Vesp. 557.

5) Leges 636 B.

6) Pol. 1272 b 33.

7) Pol. 1329 b 7.

πρῶτον. [1]) Pöhlmannio quidem concedo haec verba magni momenti sane non esse, indicia autem parum definita sunt, me iudice, quam ut ex contrario dicere liceat illa syssitia Italica et Spartanorum inter se dissimillima fuisse. [2])

Ex locis quos attuli concludere igitur posse mihi videor syssitia non solum in civitatibus Doricis, sed tota Graecia valuisse. [3]) Semper et ubique sodalitatis cuiusdam militaris cenas communes significaverunt. Inter Spartam et ceteras civitates hoc interest, quod apud Spartanos, assiduis fere bellis et Hilotarum seditionibus coactos, syssitia continua cotidianaque fiebant. [4]) Quod polemarchi syssitiis universis praestabant [5]) etiam demonstrat haec cum re militari cohaesisse. Praeterea huius rei Agesilaus testis est, qui ὁπότε γὰρ ἐξίοιεν ἢ διὰ φιλίαν ἢ διὰ συγγένειαν τῶν φυγάδων, ἐδίδασκε συσσίτιά τε αὐτῶν κατασκευάζειν καὶ εἰς τἀπιτήδεια ἱκανὸν διδόναι, ὁπόσοι γυμνάζεσθαι ἐθέλοιεν. [6]) Similiter Plato συσσίτια et γυμνάσια coniunxit, qui scripsit: τὰ συσσίτιά φαμεν καὶ τὰ γυμνάσια πρὸς τὸν πόλεμον ἐξηυρῆσθαι τῷ νομοθέτῃ. [7])

Quamquam autem ex nonnullis testimoniis nobis syssitiorum propositum militare apparuit, multa tamen obscura et ignota manserunt; ignoramus enim, ut quid afferam, quanam aetate syssitiorum socii fuerint neque satis liquet fuerit Spartanis una cena communis an plures. Si Plutarchum sequimur, qui haec tradidit: ἐξῆν γὰρ οἴκοι δειπνεῖν

---

1) Pol. 1329 b 22. 2) Pöhlmann l. c. I. 65.

3) Poland l. c. p. 127.

4) Ed. Meyer, G. d. A. II. § 211 putat Spartanorum syssitia „Reste der ursprünglichen Gemeinwirtschaft" esse. Similiter Büchsenschütz l. c. I. p. 29 contendit: „diese Sitte geht auf das Princip der Gütergemeinschaft zurück". Quas opiniones Pöhlmann l. c. I. p. 57 copiose refutavit atque conclusit: „Angesichts dieser Tatsachen erscheint die Ableitung des spartanisch-kretischen Syssitienwesens aus politisch-militärischen und sozialen Motiven als die ungezwungenste und natürlichste Erklärungsweise.

5) Quod a Stehfeno quidem l. c. p. 27. A. 42 in dubium vocatum Kessler l. c. p. 54 autem rursus comprobavit.

6) Hell. V. 3. 17. Quem locum Trieber, Forschungen p. 17 affert quo demonstret „dasz die innere Einrichtung der Syssitien die eigentliche Grundlage des ganzen spartanischen Heerwesens war"; quibus verbis, mea quidem sententia, fines autem transiit.

7) Leges 633 A.

ὁπότε θύσας τις ἢ κυνηγῶν ὀψίσειε,[1]) dixerit quispiam Spartanis facile profecto fuisse ut talem causam ementirentur. Nec aliter res se habet apud Herodotum qui nos docet regibus, si domi manerent, simplicem partem pro duplice tributam esse, atque addit: τὠυτὸ δὲ τοῦτο καὶ πρὸς ἰδιωτέων κληθέντες ἐπὶ δεῖπνον τιμᾶσθαι.[2]) Quibus ex verbis igitur colligere possumus licuisse Spartanos regem ad cenam domesticam vocare. Nec mirum est polemarchos Herodoti temporibus maiorem indulgentiam et benignitatem erga syssitiorum participes adhibuisse, postea autem belli periculis commotos hac in re diligentiores et fastidiosiores fuisse.

§ 3. In paragrapho tertia legimus Lycurgum in syssitiis tantum alimenti praescripsisse ὡς μήτε πληροῦσθαι μήτε ἐνδεεῖς γίγνεσθαι. Capitibus secundo, tertio, quarto tractatis manifestum sane est his verbis Xenophontis ipsius consilia Lycurgo supposita esse. Attamen Xenophon concessit: πολλὰ δὲ καὶ παράλογα γίγνεται... οἱ δὲ πλούσιοι ἔστιν ὅτε καὶ ἄρτον ἀντιπαραβάλλουσιν. Subito igitur discimus quales fuerint vitae cotidianae verae condiciones; quod apud eos in usu erat repente expromitur, atque aminadvertimus cenam non semper modicam nec simplicem fuisse.[3]) Sed deinde Xenophon, quasi hanc maculam eluere vellet, syssitiorum frugalitatem laudibus extulit ac haec addidit: ὥστε οὔτε ἔρημός ποτε ἡ τράπεζα βρωτῶν γίγνεται, ἔστ' ἂν διασκηνῶσιν, οὔτε πολυδάπανος.

Deinde Lycurgus ἀποπαύσας τὰς οὐκ ἀναγκαίας πόσεις, αἳ σφάλλουσι μὲν σώματα, σφάλλουσι δὲ γνωμάς, ἐφῆκεν ὁπότε διψῴη ἕκαστος πίνειν,..... Rühl vocem οὐκ tollendam censuit, ad Müller-Strübingii argumenta reiciens,[4]) qui sic fere ratiocinatus est: Spartanis licuisse quidem de vino sumere quantumcumque quis vellet, iis autem interdictum fuisse ne cui salutem propinarent; Athenis enim hac in re convivas una bibere coactos esse (quae πόσεις

---

1) Lyc. XII. 2) Her. VI. 57.

3 Quae verba ad mensam secundam, quae ἔπαικλον dicitur, spectare puto cf. Athen. IV. 140 C, 140 F, 141 C, D.

4) Neue Jahrb. für Phil. u. Paed. CXVII p. 471.

igitur ἀναγκαῖαι dici possent); quem Atheniensium morem Xenophontem hoc loco improbavisse. — Cuius in argumentis acquiescendum tamen esse non puto, nec vocem in codicibus traditam οὐκ tollendam esse mihi probatum est. Potius credo haec verba hinc explicandum esse, quod Lycurgus potionum non necessariarum, non desiderio naturali igitur terminatarum, finem fecerit atque imperaverit ut syssitiorum participes sitis tantum explendae causa biberent. Nec minus hoc modo Xenophontis verba ad ea quae Critias tradidit spectare arbitror; Critias enim narravit apud Spartanos quemque ex suo poculo potare nec προπόσεις fieri. [1]) Sed Xenophontis proprium est ut hunc morem talibus verbis enuntiet atque sententiam contemplativam insuper addat, potiones non necessarias malas esse, σφάλλουσι μὲν σώματα, σφάλλουσι δὲ γνώμας. [2])

Praeterea quod vox ἀναγκαῖος hanc significationem, quam supra indicavi, hac in Xenophontis sententia habet, etiam comprobari potest Platonis verbis similibus, apud quem legimus: Βίᾳ δὴ καὶ οὗτος ἄρχων τῶν ἐν αὐτῷ ἡδονῶν, ὅσαι ἀναλωτικαὶ μέν, χρηματιστικαὶ δὲ μή· αἳ δὴ οὐκ ἀναγκαῖαι κέκληνται. [3]) Sic in Legibus dicitur: ἐλλείπει τῶν ἀναγκαίων πωμάτων [4]) et alibi audimus: ὁπόταν εἰς ἀναγκαίους ἔλθῃ πόνους καὶ φόβους καὶ λύπας.... [5])

In his paragraphis audimus Lycurgum minores cum maioribus natu in syssitiis miscuisse ut eorum exemplo adulescentes superbiam ac insolentiam exuerent. Denuo autem nisi obiter et verbis incertis exponit quo tandem modo haec facta sint, sed de rationibus quibus Lycurgus effecerit ut iuniores pudicitia imbueret copiose agit. Iam observavimus Xenophontem adulescentes modestia et tem-

---

1) Athen. X. 432 D:

καὶ τόδ' ἔθος Σπάρτῃ μελέτημα τε κείμενόν ἐστι
πίνειν τὴν αὐτὴν αὐτοφόρον κύλικα,
μηδ' ἀποδωρεῖσθαι προπόσεις ὀνομαστὶ λέγοντα.

cf. Athen. XI. 463 F: Λακεδαιμόνιοι δὲ τὴν παρ' αὑτῷ ἕκαστος πίνει, ὁ δὲ παῖς ὁ οἰνοχόος [ἐπιχεῖ] ὅσον ἂν ἀποπίῃ.

2) cf. Xen. Conv. II. 25.

3) Resp. 558 D. 4) Leges 844 B. 5) Leges 625 B.

perantia assuefieri maximi aestimavisse; itaque identidem praedicat, quotienscumque occasio offertur, Lycurgum illam pudicitiam legibus sanxisse.

§ 7. Deinde narrat alia quoque in parte syssitia usui fuisse: eum enim, qui foris cenavisset, nunc coactum esse ut tenebris domum rediret, cui igitur cavendum esset ne ebrius fieret. Quae verba profecto mira sunt; in paragrapho quarta enim exposuerat Lycurgum curavisse ut Spartani semper sobrii manerent. Consentio cum Habbenii verbis, id quod hac in paragrapho narretur „summe suspectum" esse. [1])

§ 8. Lycurgus dicitur etiam animadvertisse eos qui corpus exercerent sanos et validos esse, eos autem qui corporis motus neglegerent tumidos et infirmos fieri; cuius sapientiam Xenophon igitur laudibus effert quod imperaverit ut ὁ πρεσβύτατος ἐν τῷ γυμνασίῳ consuleret ὡς μήποτε αὐτοὶ ἐλάττους τῶν σιτίων γίγνεσθαι. Quae verba multas difficultates habent, ita ut complures coniecturae allatae sint. [3]) Sed utcumque hic legendum erit, id tamen perspicuum est Xenophontem dicere voluisse Lycurgum corporis exercitationes praescripsisse ne crassi neu pigri fierent.

Xenophontem ipsum talibus corporis motibus favisse et per se intellegitur et ex nonnullis testimoniis apparet (cf. p. 65). In Cyropaedia legimus: καὶ οὔτ' αὐτός (Cyrus) ποτε πρὶν ἱδρῶσαι δεῖπνον ἤρεῖτο οὔτε ἵπποις ἀγυμνάστοις σῖτον ἐνέβαλλε. [3]) Atque alibi idem audimus: ἐπεμέλετο δὲ καὶ τούτου ὁ Κῦρος ὅπως μήποτε ἀνίδρωτοι γενόμενοι ἐπὶ τὸ ἄριστον καὶ τὸ

---

1) Habben l. c. p. 25.

2) Ut nonnullas explicationes afferam: Dindorf et Schneider in huius libelli editionibus contendunt ἐλάττους pro voce ἥττους esse. Bazin l. c. p. 71 citat Mem. I. 5. 1 ubi legimus: ἆρ' ὄντιν' ἂν αἰσθανοίμεθα ἧττω γαστρὸς ἢ οἴνου ἢ ἀφροδισίων ἢ πόνου ἢ ὕπνου, ut demonstret ἧττω talem significationem habere. Sed voces ἐλάττων ac ἥττων non idem valent non nisi „chez les écrivains bien postérieurs au 4e siècle.... Peut-être pourrait-on toutefois, quoique le sens ici soit différent, citer le passage suivant de Démosthènes pro Coron. p. 275. 9: φοβοῦμαι μὴ τῶν εἰργασμένων αὐτῷ κακῶν οὗτος ἐλάττων ὑπολειφθῇ".

De aliis coniecturis cf. Rühlii editionem.

3) Cyr. VIII. 1. 38.

δεῖπνον ἐσίοιεν. . . .[1]) In Oeconomico narrat Ichomachum uxori suasisse ut ante cenam corpus exerceret.[2]) Nec minus Ischomachus ipse dicitur multa aute cenam conficere.[3]) — Denuo igitur Lycurgus dicitur idem perspexisse ac Xenophon ipse atque adeo in singulis partibus. Etenim Spartae ὁμοίως γὰρ ἀπό τε τῶν σκελῶν καὶ ἀπὸ χερῶν καὶ ἀπὸ τραχήλου γυμνάζονται. Unum idemque Socrates commendat: καὶ γὰρ ἄλλο τι προσενενοήσα, ὅτε οὐδὲν ἀργὸν τοῦ σώματος ἐν τῇ ὀρχήσει ἦν, ἀλλ' ἅμα καὶ τράχηλος καὶ σκέλη καὶ χεῖρες ἐγυμνάζοντο,[4]) atque paulo inferius legitur: τέλος δ' ὅτι τὸν παῖδ' ἐπήνουν ὡς ἐν τῇ ὀρχήσει ἅπαν τὸ σῶμα γυμνάζοι, ... καὶ σκέλη καὶ χεῖρας καὶ κεφαλήν.[5])

Rursus manifesto apparet Socraticorum rationes ac placita Spartae tamquam perfecta depingi. Sine dubio Spartani corporis exercitationibus studebant;[6]) sed rationibus quibus τοῦ γυμνάζεσθαι utilitas hic demonstratur, Xenophontis ipsius consilia ut Lycurgea afferuntur.

---

1) Oec. X. 11, quem locum in p. 9 citavi.

2) Cyr. II. 1. 28.

3) Joël l. c. II. 59 putat Xenophontem hac in parte dogmata cynica respexisse, qui ἡδονὴν post πόνον commendarent. Sine dubio Xenophon huius sententiae notitiam habuit (cf. II. 9), hoc loco autem corporis motus valetudinis tantum causa laudantur. Si Joël sequimur, omnes corporis exercitationes ante cenam faciendae sunt, quod in capite quinto huius libelli non traditur, neque in ceteris locis rationibus cynicis, sed potius medicis commendari arbitror.

4) Xen. Conv. II. 16. 5) Xen. Conv. II. 22.

6) cf. Plato, Resp. 548 C: καὶ πρεσβυτέρως γυμναστικὴν μουσικῆς τετιμηκέναι, quae verba sine dubio ad Spartam spectant.

CAPUT SEXTUM.

DE OBOEDIENTIA

Initio capitis octavi legimus: Ἀλλὰ καὶ ὅτι μὲν ἐν Σπάρτῃ μάλιστα πείθονται ταῖς ἀρχαῖς τε καὶ τοῖς νόμοις, ἴσμεν ἅπαντες, quibus verbis Xenophon capitis summam comprehendit; etenim hoc in capite ostendit quantopere omnes Spartani legibus magistratibusque oboediant, atque ideo Lycurgus dicitur ephoratum instituisse ut hanc civium oboedientiam augeret.

Nec mirum est Xenophontem Spartanorum πειθαρχίαν laudibus extulisse, quippe quae virtus, ut nonnulla testimonia docent, ab eo maximi aestimetur. Sic Socratem dicentem facit: Λυκοῦργον δὲ τὸν Λακ., ἔφη ὁ Σωκράτης, καταμεμάθηκας ὅτι οὐδὲν ἂν διάφορον τῶν ἄλλων πόλεων τὴν Σπάρτην ἐποίησεν, εἰ μὴ τὸ πείθεσθαι τοῖς νόμοις μάλιστα ἐνειργάσατο αὐτῇ; τῶν δὲ ἀρχόντων ἐν ταῖς πόλεσιν οὐκ οἶσθα ὅτι, οἵτινες ἂν τοῖς πολίταις αἰτιώτατοι ὦσι τοῦ τοῖς νόμοις πείθεσθαι, οὗτοι ἄριστοι εἰσι, καὶ πόλις, ἐν ᾗ μάλιστα οἱ πολῖται τοῖς νόμοις πείθονται. [1]) Athenis multitudinis dominatus profecto immodestiam effecerat, atque in Memorabilibus Athenienses reprehenduntur quod σωφρονεῖν τε καὶ εὐτακτεῖν καὶ πειθαρχεῖν neglegant. [2]) Similiter in Oeconomico legimus: οὐ δ' αὖ θεῖοι καὶ ἀγαθοὶ καὶ ἐπιστήμονες ἄρχοντες τοὺς αὐτοὺς τούτους, πολλάκις δὲ καὶ ἄλλους παραλαμβάνοντες, αἰσχυνομένους τε ἔχουσιν αἰσχρόν τι ποιεῖν καὶ

1) Mem. IV. 4. 15.

2) Mem. III. 5. 21. Quam reprehensionem Isocrates refellit, qui scripsit: ἀκριβῶς ᾔδεσαν (sc. Athenienses) τὴν μὲν κατὰ γῆν ἡγεμονίαν ὑπ' εὐταξίας καὶ σωφροσύνης καὶ πειθαρχίας καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων μελετωμένην. (Panath. 115). cf. Seyffert l. c. p. 53, Münscher, Philologus 1920 p. 22.

πείθεσθαι οἰομένους βέλτιον εἶναι, καὶ ἀγαλλομένους τῷ πείθεσθαι ἕνα ἕκαστον καὶ σύμπαντας... [1]) In Cyropaedia de Persis tradidit: τό τε γὰρ τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι πᾶσιν ἐν κοινῷ κεῖται. [2]) In educatione Persae pueros διδάσκουσι... καὶ πείθεσθαι τοῖς ἄρχουσι. [3]) Xenophon haec conclusit: εἰ τοίνυν μέγιστον ἀγαθὸν τὸ πειθαρχεῖν φαίνεται... [4]) Agesilaus sic laudatur: ἐν τοῖς μεγίστοις δὲ ὠφελήμασι τῆς πατρίδος καὶ τόδε ἐγὼ τίθημι αὐτοῦ, ὅτι δυνατώτατος ὢν ἐν τῇ πόλει, φανερὸς ἦν μάλιστα τοῖς νόμοις λατρεύων. τίς γὰρ ἂν ἠθέλησεν ἀπειθεῖν, ὁρῶν, τὸν βασιλέα πειθόμενον. [5]) Atque alibi haec legimus: ὅπου γὰρ ἄνδρες θεοὺς μὲν σέβοιεν, πολεμικὰ δὲ ἀσκοῖεν, πειθαρχίαν δὲ μελετῷεν, πῶς οὐκ εἰκὸς ἐνταῦθα πάντα μεστὰ ἐλπίδων ἀγαθῶν εἶναι; [6]) Alio loco Xenophon τὸ ἄρχεσθαι τοῖς ἄρχουσιν ducit τὸ πλείστου δὴ ἄξιον. [7])

Quae πειθαρχία autem non solum a Xenophonte sed etiam a plurimis Atheniensibus ut summum bonum laudata ac commendata est. Iam audimus Solonem, interrogatum quomodo urbes incolendae essent, respondisse: ἐὰν οἱ μὲν πολῖται τοῖς ἄρχουσι πείθωνται, οἱ δὲ ἄρχοντες τοῖς νόμοις. [8])

Anonymi Jamblichi haec verba traduntur: ἔτι τοίνυν οὐκ ἐπὶ πλεονεξίαν ὁρμᾶν δεῖ, οὐδὲ τὸ κράτος τὸ ἐπὶ τῇ πλεονεξίαι ἡγεῖσθαι ἀρετὴν εἶναι, τὸ δὲ τῶν νόμων ὑπακούειν

---

1) Oecon. XXI. 5.

2) Cyr. II. 3. 8. Fortasse hoc loco sententiarum ordo suam habet vim. Primum enim dicit: ὁρῶ γὰρ ὁμοίᾳ μὲν τροφῇ πάντας ἥμας τὸ σῶμα ἀσκοῦντας, tum: ὁμοίας δὲ συνουσίας πάντας ἀξιουμένους, deinde τὸ... τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι πᾶσιν ἐν κοινῷ κεῖται, postremo τὸ... πρὸς τοὺς πολεμίους ἄλκιμον εἶναι... προκέκριται κάλλιστον εἶναι. Quorum omnium summa est τὸ ἀγωνίζεσθαι περὶ ἀρετῆς, Itaque Persarum mores et instituta hic simili ordine quo Spartanorum hoc in libello tractantur. Quod de Persarum πειθαρχία ante τὸ ἄλκιμον εἶναι agitur, et τὸ ἀγωνίζεσθαι περὶ ἀρετῆς apud Persas quoque omnium maximum est, quod gravitatis causa in Cyropaedia quidem initio, in Republica Lacedaemoniorum autem in fine deponitur, argumenti loco afferri posse puto quo demonstremus caput octavum transponendum non esse; Wulff enim caput inter capitis decimi paragraphos septimam et octavam insertum fuisse putavit. cf. Habben l. c. p. 31.

3) Cyr. I. 2. 8.
4) Cyr. VIII. 1. 2.
5) Ages. VII. 2.
6) Ages. I. 27.
7) Hell. VII. 1. 8.
8) Stob. Flor. 43. 89.

δειλίαν; πονηροτάτη γὰρ αὕτη ἡ διάνοιά ἐστι.[1]) Quae verba nobis capitis octavi paragraphum secundam in mentem sane revocant.

Quanta laude oboedientia digna sit ex his verbis Aeschyli apparet:

πειθαρχία γάρ ἐστι τῆς εὐπραξίας
μήτηρ, γονῆς σωτῆρος·[2])

Haud aliter res se habet apud Sophoclem, qui eam talibus verbis celebrat:

.....τῶν δ' ὀρθουμένων
σῴζει τὰ πολλὰ σώματ' ἡ πειθαρχία.[3])

Quantopere haec πειθαρχία Euripidi placuerit, hi versus demonstrant:

.....τὸ γάρ τοι συνέχον ἀνθρώπων πόλεις
τοῦτ' ἔσθ', ὅταν τις τοὺς νόμους σῴζῃ καλῶς.[4])

In tragoedia cui titulus Δίκτυς haec legimus:

μὴ νεῖκος, ὦ γεραιέ, κοιράνοις τίθου·
σέβειν δὲ τοὺς κρατοῦντας ἀρχαῖος νόμος.[5])

Eiusdem generis est, quod in tragoedia ignota legitur:

Ἄρχεσθαι χρεὼν
κακοὺς ὑπ' ἐσθλῶν, καὶ κλύειν τῶν κρεσσόνων.[6]).

Pericles in oratione funebri Athenienses ita laudat: τὰ δημόσια διὰ δέος μάλιστα οὐ παρανομοῦμεν, τῶν τε αἰεὶ ἐν ἀρχῇ ὄντων ἀκροάσει καὶ τῶν νόμων,[7])

Isocrates praecepit: τοὺς μὲν θεοὺς φοβοῦ... τοῖς δὲ νόμοις πείθου.[8])

Nec minus Plato hanc oboedientiam reipublicae optimae utilem putavit, qui scripsit... καὶ καλλωπίζεσθαι χρὴ τῷ καλῶς δουλεῦσαι μᾶλλον ἢ τῷ καλῶς ἄρξαι, πρῶτον μὲν τοῖς νόμοις ὡς ταύτην τοῖς θεοῖς οὖσαν δουλείαν, ἔπειτ' ἀεὶ τοῖς πρεσβυτέροις τε καὶ ἐντίμως βεβιωκόσι τοὺς νέους....[9])

Aristoteles sic iudicavit: οὐκ ἔστι δὲ εὐνομία τὸ εὖ

---

1) Diels l. c. II. p. 632, 6. 1. 2) Sept. 225.
3) Antig. 675. 4) Suppl. 312. 5) fr. 345.
6) fr. 870.
7) Thuc. II. 37. 3.
8) Demon. 16. 9) Leges 762 E.

κεῖσθαι τοὺς νόμους, μὴ πείθεσθαι δέ. διὸ μίαν μὲν εὐνομίαν ὑπολητπτέον εἶναι τὸ πείθεσθαι τοῖς κειμένοις νόμοις. [1])

Notatu autem perdignum est omnino Graecos illam πειθαρχίαν ut ita dicam pro civitatis fundamento habuisse. Quod cum eorum sententia cohaeret, τὸν νόμον omnium rerum dominum esse, τὸν νόμον omnia continere, civitatis felicitatem et salutem communem conservare, omnium bonorum fontem esse. [2]) Cui νόμῳ ut omnes oboediant civium igitur primariam curam esse oportet. Facile intellegi potest saeculo quarto eos, qui multitudinis dominatum aegre ferrent ac putarent Atheniensium immodestiam magna reprehensione dignam esse, hac in re denuo Spartam civitatem optimam duxisse. Neque quisquam mirabitur hac in republica rei militaris studiosa modestissime et diligentissime parendum esse. Plato ea de causa Spartanos laudavit: ὑμῖν μὲν γάρ, εἴπερ καὶ μετρίως κατεσκεύασται τὰ τῶν νόμων, εἷς τῶν καλλίστων ἂν εἴη νόμων μὴ ζητεῖν τῶν νέων μηδένα ἐᾶν ποῖα καλῶς αὐτῶν ἢ μὴ καλῶς ἔχει, μίᾳ δὲ φωνῇ καὶ ἐξ ἑνὸς στόματος πάντας συμφωνεῖν ὡς πάντα καλῶς κεῖται θέντων θεῶν. [3]) Attamen ne hac in re quidem Sparta Platoni optima visa est, qua in civitate deforme obsequium quidem inveniretur, oboedientia voluntaria autem prorsus deesset, atque eum Spartam significantem dixisse: ὥσπερ παῖδες πατέρα τὸν νόμον ἀποδιδράσκοντες, οὐχ ὑπὸ πειθοῦς ἀλλὰ ὑπὸ βίας πεπαιδευμένοι διὰ τὸ τῆς ἀληθινῆς Μούσης τῆς μετὰ λόγων τε καὶ Φιλοσοφίας ἠμελῃκέναι . . . [4]) perspicuum est. — Praeterea Spartanos quoque hac in oboedientia interdum peccavisse nec statim punitos esse haec Thucydidis narratio nos docet, ubi refert Pausaniam ephoris in suspicione fuisse: τὰ τε ἄλλα αὐτοῦ ἀνεσκόπουν εἴ τί που ἐξεδεδιήτητο τῶν καθεστώτων νομίμων. [5]) Nunc demum eum diligenter observant ne quid peccavisset ac omnia quae antea siverant subito suspicionem movent.

---

1) Pol. 1294 a 2.
2) Kaerst, Geschichte des Hellenismus I. p. 5—8.
3) Leges 634 D.
4) Resp. 548 B.
5) Thuc. I. 132.

Attamen Sparta profecto apta erat quae tamquam civitas ubi πειθαρχία ut summum bonum honore floreret adumbraretur.

§ 1. In paragrapho prima Xenophon docet Lycurgum, priusquam leges et instituta dederit, civitatis primores ad suam voluntatem perduxisse. Quae res rationi sane convenienter descripta demonstrat Xenophontem sibi proposuisse ut ea, quae olim Spartae facta sint, hoc modo describeret quo verisimilia fierent ac menti plane probari possent. [1]) Similiter in paragrapho quinta docet Lycurgum leges Delphis sanciendas curavisse ut earum auctoritas maior fieret. Lycurgo igitur rationem supposuit quam postea viri rerum civilium periti sine dubio ad vitae usum identidem contulerunt; quotienscumque quis enim rebus novis studuit, oraculum adiit quod eius consilia sanciret. Lysander idem fecit [2]) et belli Peleponnesiaci initio πολλὰ μὲν λόγια ἐλέγοντο, πολλὰ δὲ χρησμολόγοι ᾖδον ἔν τε τοῖς μέλλουσι πολεμήσειν καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν. [3]).

§ 3. In paragrapho tertia Lycurgus dicitur cum iisdem optimatibus ephoratum instituisse: εἰκὸς δὲ καὶ τὴν τῆς ἐφορείας δύναμιν τοὺς αὐτοὺς τούτους συγκατασκευάσαι, ἐπείπερ ἔγνωσαν τὸ πείθεσθαι μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι καὶ ἐν πόλει καὶ ἐν στρατιᾷ καὶ ἐν οἴκῳ· [4]) Qua in sententia Xenophon igitur cum Herodoti opinione congruit; postea vulgata opinio erat regem Theopompum ephororum potestatem instituisse. [5])

---

1) cf. Ed. Meyer, Forschungen I. 231.

2) Diod. XIV. 13. cf. Wilamowitz, Homer. Untersuchungen 1885, p. 272, Ed. Meyer, Forschungen I. 244.

3) Thuc. II. 8.

4) Ed. Meyer, Forschungen I. p. 248 dicit verba εἰκὸς δὲ demonstrare Xenophontis temporibus non iam „unbestrittene Überlieferung" fuisse ephoros a Lycurgo institutos esse. Sed si ita interpretamur, verba εἰκὸς δὲ ad enuntiati initium solum spectant: „verisimile est Lycurgum cum suis ephoratum instituisse". Mihi autem probabilius est haec verba ad totum enuntiatum pertinere atque significare verisimile esse Lycurgum cum suis ephoratum instituisse, quippe qui intellegerent τὸ πείθεσθαι μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι, ita ut enuntiati partis secundae gravitatem augeant.

5) cf. Ed. Meyer, Forschungen I. p. 244, Kessler l. c. p. 35, Jacoby, Apollodors Chronik, Philolog. Untersuch. 1902 p. 138.

Xenophontem autem, quippe qui Lycurgo legumlatori perfectissimo omnia fere instituta egregia adiudicet, [1]) in huius sapientiam ephoratum quoque vertisse non est quod miremur. Lycurgus, Xenophonte quidem auctore, ephoratui magnam potestatem dedit intellegens oboedientiam *μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι*. Sed utcumque rerum scriptores de ephororum origine ac negotio primo iudicaverunt, [2]) hoc munus institutum esse eo consilio quod Xenophon hic affert nemo profecto contendit. Fuerunt, qui id hinc explicandum esse putarent, quod Xenophon ephoros consilio tamquam Spartanorum censores depinxerit ut eorum opinionibus, qui contenderent eos potestatis regiae parte iniuriose potitos esse, repugnaret. [3]) Potius autem credo sententiam *τὸ πείθεσθαι μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι* quasi fundamentum „theoreticum" iactum esse omnium, quae in paragraphis sequentibus de ephororum officiis copiosius et accuratius disserit. Quod *ἱκανοὶ μέν εἰσι ζημιοῦν ὃν ἂν βούλωνται* teste Xenophonte adiuvat ad *πειθαρχίαν* efficiendam. Xenophontis sane proprium est ut contendat Lycurgum munus quoddam (h. l. ephoratum) virtutis (h. l. *πειθαρχίας*) persequendae causa instituisse.

§ 4. Praeterea ephoris magistratus a munere removendi atque in iudicium vocandi potestas est, quam ob rem Xenophon eos cum tyrannis comparavit: [4]) *τοιαύτην δὲ ἔχοντας δύναμιν οὐχ ὥσπερ αἱ ἄλλαι πόλεις ἐῶσι τοὺς αἱρεθέντας διάρχειν τὸ ἔτος ὅπως ἂν βούλωνται, ἀλλ' ὥσπερ οἱ τύραννοι..., ἤν τινα αἰσθάνωνται παρανομοῦντά τι, εὐθὺς παραχρῆμα κολάζουσι*. Quae verba: *οὐχ ὥσπερ αἱ ἄλλαι πόλεις* mira sunt;

---

1) p. 3.

2) Ut nonnulla iudicia nostri aevi historicorum afferam: Ed. Meyer, Forschungen I. p. 252 putat ephororum munus primum iuris dictionem civilem fuisse, cui Greenidge, Handbook of Greek constitutional history p. 103 assentitur; contendit enim initio ephoros ius dixisse regibus in hostes profectis. cf. Gilbert l. c. I p. 17. A. 1. Neumann, Histor. Zeitschrift 1906 p. 43 „Die Ephoren werden ursprünglich die Obmänner der Phylen, die Schultheisze der fünf Orte gewesen sein".

3) Ed. Meyer, Forschungen I. p. 248.

4) cf. Plato Leges 712 D.

sine dubio ad Athenas spectant; Xenophon autem profecto non ignoravit ibi magistratus singulis mensibus appellari. [1]) Sed apertum est eum adeo in Spartae laudatione occupatum esse, identidum praedicantem Lycurgum omnia instituisse *ἐναντία* ceteris urbibus vel *οὐχ ὥσπερ αἱ ἄλλαι πόλεις*, ut hoc quoque loco temere id scriberet.

---

1) Aristot. Athen. resp. 43 : 4: *προγράφουσι δὲ καὶ τὰς ἐκκλησίας οὗτοι μίαν μὲν κυρίαν, ἐν ᾗ δεῖ τὰς ἀρχὰς ἐπιχειροτονεῖν, εἰ δοκοῦσι καλῶς ἄρχειν...* atque alibi (61. 2) legimus: *ἐπιχειροτονία δ' αὐτῶν ἐστι κατὰ τὴν πρυτανείαν ἑκάστην, εἰ δοκοῦσιν καλῶς ἄρχειν. κἄν τινα ἀποχειροτονήσωσιν, κρίνουσιν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, κἂν μὲν ἁλῷ τιμῶσιν ὅτι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτεῖσαι, ἂν δ' ἀποφύγῃ πάλιν ἄρχει.* cf. Schoemann-Lipsius l. c. I. 420.

CAPUT SEPTIMUM.

DE VIRTUTE

Capite nono de Spartanorum virtute agitur, cuius verba prima: ἄξιον δὲ τοῦ Λυκούργου καὶ τόδε ἀγασθῆναι, τὸ κατεργάσασθαι ἐν τῇ πόλει αἱρετώτερον εἶναι τὸν καλὸν θάνατον ἀντὶ τοῦ αἰσχροῦ βίου, statim capitis argumentum indicant. Sententia ipsa, quae semper et ubique accommodari potest, nihil ponderis habet. Ut perpaucis exemplis utar, Pericles in oratione funebri dixit: ἀλγεινοτέρα γὰρ ἀνδρί γε Φρόνημα ἔχοντι ἢ ἐν τῷ[μετὰ τοῦ] μαλακισθῆναι κάκωσις ἢ ὁ μετὰ ῥώμης καὶ κοινῆς ἐλπίδος ἅμα γιγνόμενος ἀναίσθητος θάνατος [1]) Similiter apud Isocratem legimus: ὥσπερ τῶν ἀνδρῶν τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς αἱρετώτερόν ἐστι καλῶς ἀποθανεῖν ἢ ζῆν αἰσχρῶς. [2])

§ 2. Deinde Xenophon de virtutis commodis agit atque contendit virtutem magis quam ignaviam hominibus prodesse. Hic igitur nobis eadem prudentia et ratio („rationalisme") occurrit quam supra (p. 88) iam observavimus. Etenim Xenophon sic ratiocinatur: eorum qui locum teneant pauciores occidere quam eorum qui fuga salutem petant. Virtus est ῥᾴων καὶ ἡδίων καὶ εὐπορωτέρα καὶ ἰσχυροτέρα. Hic igitur illa epithetorum, comparativis et superlativis expressorum, coacervatio invenitur qua Xenophon delectabatur. [3]) Deinde pergit: δῆλον δὲ ὅτι καὶ εὔκλεια μάλιστα ἕπεται τῇ ἀρετῇ· itaque denuo causa affertur cur virtus prosit. [4])

---

1) Thuc. II. 43. 6. 2) Paneg. 95.

3) cf. Bazin l. c. p. 60.

4) Joël l. c. II. 557 „Geradezu wie ein antisthenisches Citat mutet der Satz an: εὔκλεια..., zumal sich hier die Thesen des Herakles von den ἀγαθοί als den besten σύμμαχοι und von der εὐδαιμονία des ἀγαθός anschlieszen". Quod mihi nimis quaesitum videtur; etenim haec verba ad argumentationem, virtutem hominibus prodesse, prorsus aptissima sunt.

Lycurgus igitur τοῖς μὲν ἀγαθοῖς εὐδαιμονίαν, τοῖς δὲ κακοῖς κακοδαιμονίαν παρεσκεύασε, quod Xenophon maxima laude dignum putat. Nec mirum: Xenophontis enim institutum est suum cuique praemium persolvendum esse, qua ratione, ut erat usu vitae peritus, homines ad virtutem incitaret. Cuius sententiae multa testimonia nobis praesto sunt.

Socratem dicentem facit: καὶ μὴν τὸ τοὺς κακοὺς κολάζειν, καὶ τοὺς ἀγαθοὺς τιμᾶν, ἀμφοτέροις οἶμαι προσήκειν. [1]) Similiter in Oeconomico de iustitiae commodis agitur: καὶ δικαιοσύνην δ' αὐτῇ ἐνεποιοῦμεν, τιμιωτέρους τιθέντες τοὺς δικαίους τῶν ἀδίκων καὶ ἐπιδεικνύοντες πλουσιώτερον καὶ ἐλευθεριώτερον βιοτεύοντας τῶν ἀδίκων· [2]) Atque alibi contendit vestem ac calceos meliores et peiores faciendos esse: ἵνα ἥ τὸν κρείττω τοῖς βελτίοσι τιμᾶν, τῷ δὲ χείρονι τὰ ἥττω διδόναι. [3]) Ex eodem genere sunt haec: οἱ δὲ βασιλικοὶ νόμοι οὐ μόνον ζημιοῦσι τοὺς ἀδικοῦντας, ἀλλὰ καὶ ὠφελοῦσι τοὺς δικαίους· ὥστε ὁρῶντες πλουσιωτέρους γιγνομένους τοὺς δικαίους τῶν ἀδίκων πολλοὶ καὶ φιλοκερδεῖς ὄντες εὖ μάλα ἐπιμένουσι τῷ μὴ ἀδικεῖν. [4]) In Hierone Simonides: ὡς, inquit, δὲ συνελόντι εἰπεῖν, εἰ καὶ κατὰ πάντα ἐμφανὲς εἴη ὅτι ὁ ἀγαθόν τι εἰσηγούμενος οὐκ ἀτίμητος ἔσται, πολλοὺς ἂν καὶ τοῦτο ἐξορμήσειεν ἔργον ποιεῖσθαι τὸ σκοπεῖν τι ἀγαθόν. Haud alia de Agesilao audimus: ἔχαιρε δὲ τοὺς μὲν αἰσχροκερδεῖς πένητας ὁρῶν, τοὺς δὲ δικαίους πλουσίους ποιῶν, βουλόμενος τὴν δικαιοσύνην τῆς ἀδικίας κερδαλεωτέραν καθιστάναι. [6])

Quae sententia, oportere viros bonos fortuna prospera, malos autem adversa uti, non solum apud Xenophontem invenitur. Stobaeus Solonis opinionem similem ostendit: Σόλων ἐκείνην εἶπεν ἄριστα τὴν πόλιν οἰκεῖσθαι, ἐν ᾗ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας συμβαίνει τιμᾶσθαι· καὶ τὸ ἐναντίον, ἐν ᾗ τοὺς κακοὺς ἀμύνεσθαι. [7])

Plato quoque ita iudicavit: νικητήρια δὲ καὶ ἀριστεῖα ἑκάστοισι τούτων δεῖ διανέμειν ἐγκώμιά τε καὶ ψόγους ποιεῖν ἀλλήλοις, ὁποῖός τις ἂν ἕκαστος γίγνηται κατά τε τοὺς ἀγῶνας

---

1) Mem. III. 4. 8. 2) Oec. IX. 13. 3) Oec. XIII. 10.
4) Oec. XIV. 7. 5) Hiero IX. 10.
6) Ages. XI. 3. cf. Cyr. VIII. 1. 39. 7) Stob. Flor. 43. 76.

ἐν παντί τε αὖ τῷ βίῳ, τόν τε ἄριστον δοκοῦντα εἶναι κοσμοῦντας καὶ τὸν μὴ ψέγοντας. [1])

§ 4. In paragrapho quarta Xenophon narrat Lycurgum ignaviae gravissimas poenas proposuisse; ita verba: τοῖς κακοῖς κακοδαιμονίαν παρεσκεύασε, quae antecedunt, nunc clarius illustrat et de singulis agit; exponit enim quantam severitatem Lycurgus in iis adhibuerit. Denuo ab adumbratione ceterorum Graecorum consuetudinis orditur, quorum in civitatibus ἐπίκλησιν μόνον ἔχει κακὸς εἶναι. Breviter inquirendum videtur num haec verba ex veritate scripta sint. Immo indicia contraria suppetunt. Athenis enim, si quis recusaret in classe stipendia merere aut proelium defugeret, ἀναυμαχίου vel δειλίας γραφήν contrahere ac ignominia affici potuit. [2]) Lysia auctore bonorum publicatio subsequebatur. [3])

Iis, qui militiam detrectabant ἀστρατείας γραφή imminebat. [4]) Aeschines scripsit: ὁ γὰρ Σόλων ὁ παλαιὸς νομοθέτης ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ᾤετο δεῖν ἐνέχεσθαι τὸν ἀστρατεύτον καὶ τὸν λελοιπότα τὴν τάξιν καὶ τὸν δειλὸν ὁμοίως. [5])

Rursus igitur animadvertimus Xenophontem adeo Spartae laudationi intentum fuisse ut veritatem, Athenis quoque ignavos gravibus suppliciis affici, e conspectu amitteret. Xenophon autem, rebus militaribus favens, manifesto delectatur describens quomodo Spartani ignavos tractarent, atque de his moribus copiose agit. Narrat enim ibi neminem virum ignavum σύσκηνον assumere, neque quemquam in pilae

---

1) Leges 829 C.

2) Andocides, De myst. § 74: καὶ ὁπόσοι λίποιεν τὴν τάξιν ἢ ἀστρατείας ἢ δειλίας ἢ ἀναυμαχίου ὤφλοιεν ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβάλοιεν ... οὗτοι πάντες ἄτιμοι ἦσαν τὰ σώματα, τὰ δὲ χρήματα εἶχον.

3) Lysias c. Alcib. I. 9: καὶ τοὺς πολεμίους ἔδεισε καὶ ἱππεύειν ἐπεθύμησε... ἀλλ' ἐβουλήθη ἄτιμος εἶναι [καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ δημευθῆναι.] Quam discrepantiam inter Andocidem et Lysiam alii putaverunt ex temporibus diversis, alii ex delicti gravitate pendere. cf. Gilbert l. c. I. p. 355.

4) Lysias c. Alcib. I. § 7: ἀστρατείας μὲν γὰρ δικαίως ἂν αὐτὸν ἁλῶναι, ὅτι καταλεγεὶς ὁπλίτης οὐ συνεξῆλθε μεθ' ὑμῶν ⟨στρατευσόμενος, λιποταξίου δὲ ὅτι ἐν τῷ πεζῷ⟩ στρατοπέδῳ μόνος οὐ παρέσχε μετὰ τῶν ἄλλων ἑαυτὸν τάξαι, δειλίας δὲ, ὅτι δεῖν αὐτὸν μετὰ τῶν ὁπλιτῶν κινδυνεύειν ἱππεύειν εἵλετο.

5) c. Ctesiph. § 175.

lusione neque in choris eum sibi adiungere, eum minoribus natu de sella surgere debere denique talem virum cum civibus nullum commercium habere atque ignominia acerbissima affici. [1]) Per se intellegitur Spartanos, rei militaris studiosos, in ignavos gravius consuluisse. Cuius gravitatis Herodotus quoque exemplum attulit, apud quem legimus: ὁ Ἀριστόδημος εἶχε ὄνειδός τε καὶ ἀτιμίην· πάσχων δὲ τοιάδε ἠτίμωτο· οὔτε οἱ πῦρ οὐδεὶς ἔκαυε Σπαρτιητέων οὔτε διελέγετο· ὄνειδος δὲ εἶχε ὁ τρέσας Ἀριστόδημος καλεόμενος. [2])

Sed quis diiudicaverit, haecne omnia plane ita facta sint ut Xenophon scribit? Equidem puto ex ignaviae gravitate et genere poenas pependisse; vix enim est credendum tales poenas stabiles et fixas fuisse. [3])

Xenophon concludit non mirum esse in civitate, ubi ignavi tam gravibus suppliciis afficiantur, huic vitae mortem anteponi.

---

1) cf. Plut. Ages. XXX.

2) Her. VII. 231. cf. Kessler l. c. p. 78: „Aus dieser Erzählung Herodots haben die „Lykurgforscher" unbedenklich eine Bestimmung des Gesetzgebers konstruiert".

3) Nic. Damasc. fr. 114. αἰσχρὸν δέ ἐστι δειλῶν σύσκηνον ἢ συγγυμναστὴν ἢ φίλον γενέσθαι, quae verba sine dubio ex hoc Xenophontis libello recepit.

CAPUT OCTAVUM.

DE GERUSIA

Caput decimum. Porro Lycurgus dicitur hac quoque n re se legumlatorem summum praestitisse quod τὴν κρίσιν τῆς γεροντίας instituerit atque ita effecerit ut usque ad senectutem virtus exerceretur. De quo argumento paragraphis proximis accuratius disserit, sed verbis tam obscuris et indiligenter compositis ut intellectu difficilia sint et multas offensiones afferant. Attamen quae Xenophon de gerusia docet, qua de dignitate nobis pauca testimonia suppetant, magni momenti sunt. Quid enim Herodoti verba prosunt, qui haec tantum refert: τοὺς .... γέροντας ἔστησε Λυκοῦργος. [1]) Quae Ephorus de hac re tradiderit apud Nicolaum Damascenum ita afferuntur: κρίσις δὲ τῆς γεροντίας ἐπὶ τῷ τέρματι τοῦ βίου προτίθεται τοῖς τε εὖ ἢ κακῶς ζήσασι, [2]) qui sine dubio ea, quae Xenophon de hac dignitate narravit, in usum suum convertit.

Ad Platonis opiniones theoreticorum sententiae multum potuerunt, qui quarto saeculo Lacedaemoniorum civitatis formam tamquam μεμιγμένην interpretati sunt et copiosissime disputaverunt qualem rationem gerusia ad reges haberet [3]). Sic in Legibus hanc sententiam dixit: μείγνυσιν τὴν κατὰ γῆρας σώφρονα δύναμιν τῇ κατὰ γένος αὐθάδει ῥώμῃ, τὴν τῶν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι γερόντων ἰσόψηφον εἰς τὰ μέγιστα τῇ τῶν βασιλέων ποιήσασα δυνάμει. [4])

Aristoteles autem gerusiam magna reprehensione

1) Her. I. 65.
2) Nic. Damasc. fr. 114. 13.
3) cf. Kessler l. c. p. 30.
4) Leges 691 E.

dignam putavit; dixit enim senes facile pecunia corrumpi posse, praeterea improbavit eos per totam vitam κυρίους κρίσεων μεγάλων manere neque rationem reddere cogi, [1]) neque ex legibus scriptis sed arbitrio civitatem regere; [2]) eorum creationem παιδαριώδη dicit. [3]) Sine dubio Aristoteles sui aevi senes spectavit. Quam gerusiam in nobilium potentiam accepit; etenim scripsit: οἱ μὲν οὖν βασιλεῖς διὰ τὴν αὐτῶν τιμὴν οὕτως ἔχουσιν, οἱ δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ διὰ τὴν γερουσίαν — ἆθλον γὰρ ἡ ἀρχὴ αὕτη τῆς ἀρετῆς ἐστιν — ὁ δὲ δῆμος διὰ τὴν ἐφορείαν — καθίσταται γὰρ ἐξ ἁπάντων. [4]) Alibi refert nonnullos contendere: τὴν δὲ τῶν γερόντων ἀρχὴν ὀλιγαρχίαν (εἶναι). [5]) Ex alio loco apparet vulgus senes creare quidem dignitatis particeps autem non esse: τοὺς μὲν γὰρ γέροντας αἱροῦνται (sc. ὁ δῆμος), τῆς δὲ ἐφορείας μετέχουσιν. [6]) Quibus ex locis id profecto efficere posse mihi videor eos solum, qui ex optimatium ordine esse, gerusias

---

1) Pol. 1270 b 35: ἔχει δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν οὐ καλῶς αὐτοῖς. ἐπιεικῶν μὲν γὰρ ὄντων καὶ πεπαιδευμένων ἱκανῶς πρὸς ἀνδραγαθίαν τάχ' ἂν εἰπειέ τις συμφέρειν τῇ πόλει, καίτοι τό γε διὰ βίου κυρίους εἶναι κρίσεων μεγάλων ἀμφισβητήσιμον.., τὸν τρόπον δὲ τοῦτον πεπαιδευμένων ὥστε καὶ τὸν νομοθέτην αὐτὸν ἀπιστεῖν ὡς οὐκ ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, οὐκ ἀσφαλές. φαίνονται δὲ καὶ καταδωροδοκούμενοι καὶ καταχαριζόμενοι πολλὰ τῶν κοινῶν οἱ κεκοινωνηκότες τῆς ἀρχῆς ταύτης, διόπερ βέλτιον αὐτοὺς μὴ ἀνευθύνους εἶναι· νῦν δ' εἰσίν.

cf. Pol. 1272 a 36: Τὸ γὰρ ἀνυπεύθυνον καὶ τὸ διὰ βίου μεῖζόν ἐστι γέρας τῆς ἀξίας αὐτοῖς.

2) Pol. 1272 a 38: καὶ τὸ μὴ κατὰ γράμματα ἄρχειν ἀλλ' αὐτογνώμονας ἐπισφαλές.

3) Pol. 1271 a 9: ἔτι δὲ καὶ τὴν αἵρεσιν ἣν ποιοῦνται τῶν γερόντων, κατά τε τὴν κρίσιν ἐστὶ παιδαριώδης, καὶ τὸ αὐτὸν αἰτεῖσθαι τὸν ἀξιωθησόμενον τῆς ἀρχῆς οὐκ ὀρθῶς ἔχει·

4) Pol. 1270 b 23. Ed. Meyer, Forschungen I. 255 A. 2 verba καλοὶ κἀγαθοὶ „die Besten", h. e. „die, welche sich ausgezeichnet haben" sonare arbitratus est, quod etiam ex verbis additis: ἆθλον γὰρ... τῆς ἀρετῆς ἐστιν effecit. Ed. Meyer prorsus negat Spartae generis nobilitatem exstitisse, ut Gilbert l. c. I. 13 A. 1 contendit. Equidem cum Gilbertio consentio; quod hoc loco reges, nobiles, vulgus enumerari id comprobare mihi videtur. Gilbert sic interpretatus est: „dasz die Geronten aus der Classe der Wohlhabenden genommen wurden, die sich durch persönliche Tüchtigkeit auszeichneten".

5) Pol. 1265 b 38.

6) Pol. 1294 b 30.

iudicium subire posse. [1]) Sed verba: ἄθλον γὰρ ἡ ἀρχὴ αὕτη τῆς ἀρετῆς ἐστιν, quid haec sibi volunt? Demosthenes iisdem verbis usus est, senatoriam dignitatem commemorans: ἐπειδάν τις εἰς τὴν καλουμένην γερουσίαν ἐγκριθῇ παρασχὼν αὐτὸν οἷον χρὴ, δεσποτὴς ἐστὶ τῶν πολλῶν. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐστι τῆς ἀρετῆς ἆθλον τῆς πολιτείας κυρίῳ γενέσθαι μετὰ τῶν ὁμοίων, παρὰ δ' ἡμῖν ταύτης μὲν ὁ δῆμος κύριος. [2])

Sed hac in quaestione versantes, redeamus unde digressi sumus ac videamus num Xenophon nos huius rei certiores facere possit.

Iam observavimus eius verba ad intellegendum aperta non esse. Haec est maxima difficultas, quod ὁ περὶ τῆς ψυχῆς ἀγών (§ 2) si verbis „periculum vitae et necis" reddimus, οὗτος ὁ ἀγών, de quo in paragrapho tertia agitur, ad illud certamen respicere non potest. Ut hanc difficultatem tollerent, exstiterunt qui ὁ περὶ τῆς ψυχῆς ἀγών „certamen de virtute animi" sonare arbitrarentur. [3]) Quod mihi probare non possum; in paragrapho prima Xenophon narrat Lycurgum maxima laude dignum esse quod usque ad senectutem virtutem coli curaverit atque τὴν κρίσιν τῆς γεροντίας instituerit, hoc est, iudicium quod senibus subeundum esset ut in gerusiam legerentur. Perspicuum est in paragrapho altera de re prorsus nova agi: ἀξιάγαστον .... καὶ ...., et nunc Xenophon dicere vult omnes viros dignitatem senatoriam ideo summo studio expetere quod Lycurgus, ut erat sapiens et usu peritus, senes κυρίους τοῦ περὶ τῆς ψυχῆς ἀγῶνος reddiderit; Xenophonte igitur auctore ius publicum dicebant. Senes cum tanta auctoritate essent, quisque operam dedit ut bene audiret et magnam virtutis opinionem apud plebem haberet. In paragrapho tertia verbis οὗτος ὁ ἀγών redit ad τὴν κρίσιν τῆς γεροντίας.

Si accuratius observamus Xenophon de hac dignitate idem ac alii scriptores tradidit: seniores solos senatores

---

1) Greenidge l. c. p. 100: „only members of the nobility were eligible". cf. p. 89.

2) Dem. XX. 107.

3) cf. Habben l. c. p. 34.

fieri posse eosque ius publicum dicere. [1]) Nobiles tantum creari silentio praeterit neque docet quinam in senatum legerent.

Itaque ea quae Xenophon de gerusia tradidit perpauca sunt, sed nemo mirabitur eum rursus causam moralem attulisse cur Spartae senes tali munere fungerentur atque praedicavisse Lycurgum id ita legibus sanxisse ut cives usque ad vitae exitum virtuti studerent et ad ἀρετήν niterentur.

Per se intellegitur tales causas pulcherrimas quidem, a ratione autem profectas, ad senatum instituendum numquam valuisse. Praeterea seniorum concilium antiquitate ubique invenitur; sed a proposito meo alienum est inquirere quaenam gerusiae officia essent, de quibus in enchiridiis copiose agitur. [2])

Attamen cavendum esse puto ne ex Xenophontis verbis temere efficiamus Spartam certe civitatem optimam fuisse, ubi muneris cuiusdam creatio κρίσις ψυχῶν ἀγαθῶν esset. Hic fortasse digna est quam commemoremus inscriptio, qua Atheniensium βουλὴ .... ψηφισαμένη κρίσιν ποιῆσαι τῶν λεγόντων ἐν τεῖ βουλῆι .... ἔκρινεν διαχειροτο[νή]σασα περὶ τούτων ἡ βουλὴ Φανόδημον Διύλλου Θυμαιτάδην, ... ἐπαινέσαι .... ἀρετῆς ἕνεκα καὶ δικαιοσύνης τῆς εἰς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων, [3]) quae igitur sane monet ut cautissime argumentemur neve ex talibus verbis plura colligamus.

Ex dignitatis natura ipsa facile sequitur senatores in summo honore fuisse. Mea quidem sententia et Aristoteles, apud quem eorum creatio παιδαριώδης dicitur, et Xenophon, qui eandem electionem laudibus effert, iure pari eodemque

---

1) Arist. Pol. 1275 b 10: οἱ δὲ γέροντες τὰς φονικάς (sc. δίκας δικάζουσι). Plut. Lyc. XXVI idem refert. Gerusia cum φονικὰς δίκας iudicaret non mirum est Isocratem hoc concilium cum Atheniensium Areopago comparavisse (Panath. 63). Quod Isocrates etiam contendit Spartanos Atheniensium instituta imitatos esse nullius ponderis est. cf. Oncken l. c. I. p. 283, qui de gerusia dixit: „und wie dieser (der Areopag) vor Ephialtes, eine Art Ruhesitz für ausgediente Staatsmänner".

2) Praeterea cf. Kessler l. c. p. 87.

3) Ditt. Syll.[3] 227. a. 5.

sunt. Quoniam populus eos in senatum legebat, optimates ambitiosi, huius dignitatis studiosi, sine dubio operam dederunt ut apud plebem bene audirent; attamen profecto valde dubitandum est num id semper ratione pulchra ac virtute colenda efficerent.

Gerusia vero concilium aptissimum erat quod a Xenophonte celebraretur. Talem enim auctoritatem, qua Spartae senes florebant, ei magnopere placuisse nonnulla testimonia ostendunt. Sic in Cyropaedia legimus: *οἱ δ' αὖ γεραίτεροι οὗτοι .... οἵκοι δὲ μένοντες δικάζουσι τά τε κοινὰ καὶ τὰ ἴδια πάντα. καὶ θανάτου δὲ οὗτοι κρίνουσι, καὶ τὰς ἀρχὰς οὗτοι πάσας αἱροῦνται.* [1]) Cyrus moriens dicit: *καὶ ὑμᾶς δέ, ὦ παῖδες, οὕτως ἐξ ἀρχῆς ἐπαίδευον, τοὺς μὲν γεραιτέρους προτιμᾶν, τῶν δὲ νεωτέρων προτετιμῆσθαι.* [2])

Postquam autem Athenis sophistae prodierunt adulescentes minorem reverentiam adversus senes adhibebant, quod Aristophanes in Nubibus acriter vituperavit ac condemnavit. [3]) Itaque ii qui hoc aegre ferebant Spartam hac in re velut exemplum dignum quod imitarentur laudabant. [4]) Sic Xenophon Periclem dicentem facit: *πότε γὰρ οὕτως Ἀθηναῖοι ὥσπερ Λακεδαιμόνιοι ἢ πρεσβυτέρους αἰδέσονται, οἳ ἀπὸ τῶν πατέρων ἄρχονται καταφρονεῖν τῶν γεραιτέρων.* [5]) Quae verba sane demonstrant Xenophontem quoque suis scriptis aequalium mores impugnare et corrigere voluisse. Consentaneum autem est initio Athenienses non minus quam Spartanos senes colendos esse censuisse. Xenophontis Socrates tamen dixit: *οὐ γὰρ καὶ ὁδοῦ παραχωρῆσαι τὸν νεώτερον πρεσβυτέρῳ συντυγχάνοντι παντάχοῦ νομίζεται καὶ καθήμενον ὑπαναστῆσαι καὶ κοίτῃ μαλακῇ τιμῆσαι καὶ λόγων ὑπεῖξαι;* [6]) Sed postea moribus corruptis senum verecundia

---

1) Cyr. I. 2. 14. 2) Cyr. VIII. 7. 10.

3) cf. vs 992:

καὶ τῶν θάκων τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι προσιοῦσιν·
καὶ μὴ περὶ τοὺς σαυτοῦ γονέας σκαιουργεῖν, ἄλλο τε μηδὲν
αἰσχρὸν ποιεῖν, ὅ τι τῆς αἰδοῦς μέλλει τἄγαλμ' ἀναπλήσειν·

4) Her. II. 80. iam dixit Spartae: *οἱ νεώτεροι αὐτῶν τοῖσι πρεσβυτέροισι συντυγχάνοντες εἴκουσι τῆς ὁδοῦ καὶ ἐκτρέπονται καὶ ἐπιοῦσι ἐξ ἕδρης ὑπανιστέαται.*

5) Mem. III. 5. 15. 6) Mem. II. 3. 16.

Athenis diminuerat. — Platonem in re publica optima senibus multa beneficia dedisse non est quod miramur [1]).

Xenophon dicit huic certamini de virtute animi homines maximam operam dare: *καλοὶ μὲν γὰρ καὶ οἱ γυμνικοί· ἀλλ' οὗτοι μὲν σωμάτων [εἰσίν]· ὁ δὲ περὶ τῆς γεροντίας ἀγὼν ψυχῶν ἀγαθῶν κρίσιν παρέχει. ὅσῳ οὖν κρείττων ψυχὴ σώματος, τοσούτῳ καὶ οἱ ἀγῶνες οἱ τῶν ψυχῶν ἢ οἱ τῶν σωμάτων ἀξιοσπουδαστότεροι.* Quae verba denuo aperte demonstrant eum arte rhetorica usum esse. Oppositioni *σῶμα-ψυχή* valde favit. Ut nonnulla exempla afferam, in Agesilao legimus: *καὶ τοῦ μὲν σώματος εἰκόνα στήσασθαι ἀπέσχετο, ... τῆς δὲ ψυχῆς οὐδέποτε ἐπαύετο μνημεῖα διαπονούμενος.* [2]) Et alibi audimus: *δοκεῖ δ' ἔμοιγε καὶ τόδε μόνος ἀνθρώπων ἐπιδεῖξαι ὅτι ἡ μὲν τοῦ σώματος ἰσχὺς γηράσκει, ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ῥώμη τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀγήρατός ἐστιν.* [3]) Neque hoc in libello haec oppositio deest.

In capite primo (§ 7) scripsit: *ὁποίου ἀνδρὸς σῶμά τε καὶ ψυχὴν ἀγαστέον*, et in capite quinto de potionibus agens: *σφάλλουσι μὲν σώματα, σφάλλουσι δὲ γνώμας.* Fuerunt qui arbitrarentur hoc Xenophontis studium vim cynicam indicare. [4]) Sine dubio haec oppositio apud cynicos quoque frequens erat, attamen potius credo illam omnium Socraticorum propriam fuisse. [5])

§ 4, 5, 6. Denique Lycurgus maxima laude dignus aestimatur, quod *ἠνάγκασε δημοσίᾳ πάντας πάσας ἀσκεῖν τὰς ἀρετάς.* Xenophon dicit hac in re Spartam a ceteris urbibus diversam fuisse atque iis praestitisse quod haec civitas

---

1) Resp. 425 B. Leges 878 E, 879 C, 914 D, 932 B, 935 C, 950 E.

2) Ages. XI. 7.

3) Ages. XI. 14.

4) Joël II. 35. Habben l. c. p. 57.

5) Isocrates similiter eos qui *τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας* instituerunt *τὰς αὑτῶν ψυχὰς οὕτω παρεσκευάσασιν ὥστε καὶ τοὺς ἄλλους ὠφελεῖν δύνασθαι* opposuit. (Paneg. 1.) cf. Isocr. Demon. 6. Gomperz, Isokrates und die Sokratik, Wiener Studien 1905 p. 178 hunc locum ex Panegyrico, quem supra citavi, tractavit atque contendit hanc oppositionem „ein Sokratischer Gemeinplatz" esse. Praeterea ostendit iam Hippocratem ea usum esse, quod sane monet ut cautissime diiudicandum sit quorum ex rationibus pendeat.

sola δημοσίᾳ virtutem exerceret; Spartanos enim virum, qui ὡς βέλτιστος εἶναι neglegeret, gravibus poenis affecisse, cum ceteri Graeci eum solum qui civem iniuria affecisset punirent. Lycurgum autem pro sua sapientia intellexisse a furibus et ab aliis hominibus scelestis eos quidem, qui damnum acciperent, iniuriam pati, ὑπὸ δὲ τῶν κακῶν καὶ ἀνάνδρων ὅλας τὰς πόλεις προδίδοσθαι; itaque eos, qui virtutem non colerent, gravissime puniri. Lycurgum hoc modo igitur omnes ἀσκεῖν ἅπασαν πολιτικὴν ἀρετήν coegisse.

Quae his in paragraphis traduntur sane amplificant et complent quae huius capitis initio dicta sunt; nam primum dicit Lycurgum, cum senibus iudicium subeundum censuisset, effecisse ut ii qui dignitati senatoriae studerent virtutem colerent, deinde pergit eum, cum in omnes qui virtutem neglegerent gravissime consuluisset, assecutum esse ut unus quisque civis virtutem exerceret. Quibus enarratis Xenophon omnibus numeris Spartam tamquam civitatem optimam depinxit. Quod Spartani Xenophonte quidem teste famem sitimque perferre poterant, divitias non consectabantur, denique omnia eorum instituta bona hinc explicantur quod Spartani ἀρετήν colerent. Caput decimum omnia quae antecedunt comprehendit ac continet, argumentorum, quae antea tractavit, summa est. Neque ullum caput aptius est quod demonstret hoc in libello Spartanorum leges et instituta artificio et via ex iis quae Xenophonti ipsi pulcherrima viderentur, exstructa atque ad ea adaptata esse. Eius sententiae generales bene altera post alteram oriuntur et hoc capite laudationi tamquam fastigium imposuit: Spartae δημοσίᾳ virtutem coli.

Xenophontem putavisse omnibus institutis bonis ἀρετήν subesse hic locus ex Memorabilibus docet, ubi legimus: διὰ γὰρ τὴν ἀρετὴν αἱροῦνται μὲν ἄνευ πόνου τὰ μέτρια κεκτῆσθαι μᾶλλον ἢ διὰ πολέμου πάντων κυριεύειν, καὶ δύνανται πεινῶντες καὶ διψῶντες ἀλύπως σίτου καὶ ποτοῦ κοινωνεῖν καὶ τοῖς τῶν ὡραίων ἀφροδισίοις ἡδόμενοι καρτερεῖν, ὥστε μὴ λυπεῖν οὕς μὴ προσήκει· δύνανται δὲ καὶ χρημάτων οὐ μόνον τοῦ πλεονεκτεῖν ἀπεχόμενοι νομίμως κοινωνεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπαρκεῖν ἀλλήλοις·... τὸν δὲ φθόνον παντάπασιν ἀφαιροῦσι, τὰ μὲν ἑαυτῶν

ἀγαθὰ τοῖς φίλοις οἰκεῖα παρέχοντες, τὰ δὲ τῶν φίλων ἑαυτῶν νομίζοντες.[1])

Xenophon cum sibi proposuisset ut Spartam pulcherrimam adumbraret, aliter fieri non poterat, quin praedicaret ibi ἀρετήν exerceri; quod gravitatis causa in ἐγκωμίου fine dixit qua ratione ut ita dicam ascenderet et caput decimum velut laudationis culmen fieret. Sine dubio nemo erit qui contendat ea, quae in paragraphis quarta, quinta, sexta traduntur, veritati historicae congruere. Platonem enim, quamquam putavit maxime interesse legumlatorem ἀρετήν spectantem leges dare,[2]) arbitratum tamen esse Spartanos virtutis parti tantum, ac quidem minime gravi sc. ἀνδρείᾳ studere, σωφροσύνην autem neglegere iam (p. 68) observavimus.

§ 7. Deinde audimus Lycurgum viros, qui τὰ νόμιμα tenerent, reipublicae participes fecisse; ut Xenophontis verba afferam: iis omnibus τὴν πόλιν οἰκείαν ἐποίησε. Sed eos, qui leges et instituta neglegerent, ex parium (ὁμοίων) numero excludi. Quae verba monent ut inquiramus quinam ὅμοιοι fuerint.

Xenophon Cinadonis coniurationem describens de iis commemorat; legimus enim: οὗτος (ὁ Κινάδων) δ' ἦν καὶ τὸ εἶδος νεανικὸς καὶ τὴν ψυχὴν εὔρωστος, οὐ μέντοι τῶν ὁμοίων.[3]) et paulo inferius pergit: αὐτοὶ μέντοι πᾶσιν ἔφασαν συνειδέναι καὶ εἴλωσι καὶ νεοδαμώδεσι καὶ τοῖς ὑπομείοσι καὶ τοῖς περιοίκοις.[4]) Itaque viri docti sic argumentati sunt: duos ordines superesse contra quos coniurare possent, sc. τῶν ὁμοίων et τῶν Σπαρτιατῶν, qui eosdem igitur significarent.[5]) Praeterea ex iis quae Aristoteles tradidit apparet Cinadonis conspirationem τοὺς Σπαρτιάτας petivisse, quod igitur

---

1) Mem. II. 6. 22.

2) Leges 630 E, 688 B, 770 D. cf. Protag. 323 A: ὅταν δὲ εἰς συμβουλὴν πολιτικῆς ἀρετῆς ἴωσιν, ἣν δεῖ διὰ δικαιοσύνης πᾶσαν ἰέναι καὶ σωφροσύνης, εἰκότως ἅπαντος ἀνδρὸς ἀνέχονται, ὡς παντὶ προσῆκον ταύτης γε μετέχειν τῆς ἀρετῆς ἢ μὴ εἶναι πόλεις. Minos 320 A. docet Minois leges: ἐπὶ παιδείᾳ εἰς ἀρετήν fuisse.

3) Hell. III. 3. 5. 4) Hell. III. 3. 6.

5) Gilbert l. c., p. 43 A. 1.

denuo probat τοὺς ὁμοίους idem valere ac τοὺς Σπαρτιάτας. [1])

Inter viros doctos satis constat eos, quibus ius civitatis integrum esset, ex Σπαρτιατῶν vel ὁμοίων numero fuisse; eos autem, qui paupertate coacti ad syssitia partem suam afferre non iam possent vel τὰ νόμιμα neglegerent, capitis deminutionem contraxisse. Attamen non consentiunt quaenam condiciones viro latae sint ut inter ὁμοίους numeraretur. Fuerunt, qui eis quae Xenophon in Anabasi [2]) tradidit et huius libelli capite decimo argumentis uterentur, quibus demonstrarent eos, qui Spartanorum educatione ac rudimento severo perfuncti essent, in eorum numerum referri. [3]) Quae argumenta autem si quis accuratius consideraverit, fieri non potest, ut non animadvertat hoc modo rem plane converti; ex Anabasis loco enim hoc solum apparet, quod ii, qui origine ex ὁμοίων iam erant, a pueris ita educabantur, atque hoc in libello solum dicit eos ex ὁμοίων, qui legitima non praestarent, civitatis ius amittere neque contrarium, eos qui τὰ νόμιμα diligenter observarent, in ὁμοίων numerum referri. [4])

Praeterea ex Aristotelis verbis apparet hac in quaestione omnia genere contineri; scripsit enim: μάλιστα δὲ

---

1) Greenidge l. c., p. 88 A. 2.

2) Anab. IV. 6. 14: ἀκούω τοὺς Λακεδαιμονίους, ὅστοι ἐστὲ τῶν ὁμοίων, εὐθὺς ἐκ παίδων κλέπτειν μελετᾶν.

3) Gilbert l. c. I. p. 43 A. 1: „Dagegen ergiebt sich aus Xen. v. St. d. Laked. 10, 7, s. auch Anab. 4, 6, 14, dasz die Würde der ὅμοιοι durch die Erziehung bedingt war". Busolt, Hdb. Iw. Müller IV. 1. p. 77: „Dass Vollbürgerrecht war in Sparta nicht nur von der Geburt sondern auch von der Teilnahme der vorgeschriebenen Disciplin und Erziehung abhängig". Greenidge l. c. p. 87: „All what we know for certain about the "peers" is that those only answered to the designation who had been brought up in the characteristic Spartan training".

4) Lachmann Spartan. Staatsverfassung p. 225 iure miratus est eos, qui certa ratione educarentur, hoc rudimento solo in ὁμοίων ordinem referri posse; itaque de hoc loco ex Xenophontis republica Lacedaemoniorum iudicavit: „mit einer geschichtlichen Auffassung... ist aber diese Ansicht nicht wohl zu vereinigen... Späterhin, nach dem Ende des peloponn. Krieges beweisen unzweifelhafte Zeugnisse das Vorhandensein eines fest ausgebildeten Ständeunterschiedes". Xenophon autem, ut iam vidimus, id non contenderat.

τοῦτο συμβαίνειν ἀναγκαῖον (sc. ἀριστοκρατίαν ὀλιγαρχίαν fieri), ὅταν ᾖ τι πλῆθος τῶν πεφρονηματισμένων ὡς ὁμοίων κατ' ἀρετήν, οἷον ἐν Λακεδαίμονι οἱ λεγόμενοι Παρθενίαι (ἐκ τῶν ὁμοίων γὰρ ἦσαν), οὓς φωράσαντες ἐπιβουλεύσαντας ἀπέστειλαν Τάραντος οἰκιστάς. [1]) Quae verba κατ' ἀρετήν idem valere ac „nobili loco natum" arbitror; [2]) apud Aristotelem enim vocem ἀρετήν nobilitatem significare nonnulla testimonia demonstrant. [3])

Ut hos locos amittam, etiam ὁμοίων mentio fit in capite tertio decimo (§ 1, 7) huius libelli et apud Demosthenem, [4]) quibus ex locis nihil autem proficimus.

§ 8. Leges, quas Xenophon hoc in libello descripsit, nunc παλαιόταται dicuntur, qua ratione earum sanctitatem et omnium Graecorum legum praestantiam indicaret. Lycurgus enim κατὰ τοὺς Ἡρακλείδας λέγεται γενέσθαι. Xenophonte igitur auctore Lycurgus primo civitatis ortu vixit. Quam opinionem hinc explicare voluerunt, quod Xenophon his verbis Hellanicum impugnaret, qui Lycurgo neglecto rei publicae instituta regibus primis adiudicavisset. [5]) Neque defuerunt, qui arbitrarentur Xenophontem Herodotum secutum esse, qui Lycurgum Agidis filium duxisset, itaque eum antiquissimis temporibus floruisse aestimavisset. [6])

---

1) Pol. 1306 b 28.

2) Scharr l. c. p. 37: „So sind die ὁμότιμοι der Kyropaedie nicht den ὅμοιοι der Spartaner gleich. Bei letzteren ist spartiatische Geburt erforderlich, bei ersteren dagegen kann jeder δημότης, wenn er die ökonomischen Voraussetzungen zu erfüllen vermag, seinen Sohn durch den Besuch der Schulen ὁμότιμος werden lassen".

3) cf. Pol. 1273 a 20: παρεκβαίνει δὲ τῆς ἀριστοκρατίας ἡ τάξις τῶν Καρχηδονίων μάλιστα πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν κατά τινα διάνοιαν ἢ συνδοκεῖ τοῖς πολλοῖς· οὐ γὰρ μόνον ἀριστίνδην ἀλλὰ καὶ πλουτίνδην οἴονται δεῖν αἱρεῖσθαι τοὺς ἄρχοντας· Pol. 1293 b 8: οὐ μὴν ἀλλ' εἰσί τινες αἱ πρός τε τὰς ὀλιγαρχουμένας ἔχουσι διαφορὰς καὶ καλοῦνται ἀριστοκρατίαι καὶ πρὸς τὴν καλουμένην πολιτείαν, ὅπου γε μὴ μόνον πλουτίνδην ἀλλὰ καὶ ἀριστίνδην αἱροῦνται τὰς ἀρχάς. Pol. 1293 b 14: ὅπου οὖν ἡ πολιτεία βλέπει εἴς τε πλοῦτον καὶ ἀρετὴν καὶ δῆμον, οἷον ἐν Καρχηδόνι, αὕτη ἀριστοκρατικὴ ἐστιν, καὶ ἐν αἷς εἰς τὰ δύο μόνον, οἷον ἡ Λακεδαιμονίων, εἴς τε ἀρετὴν καὶ δῆμον, καὶ ἔστι μίξις τῶν δύο τούτων, δημοκρατίας τε καὶ ἀρετῆς· Pol. 1301 b 2: εὐγενεῖς γὰρ εἶναι δοκοῦσιν οἷς ὑπάρχει προγόνων ἀρετὴ καὶ πλοῦτος.

4) Dem. XX. 107 (cf. p. 99).

5) Jacoby l. c. p. 114.

6) Kessler l c. p. 5.

Mea quidem sententia ex talibus causis historicis non explicandum est; Xenophon cum Lycurgum ut legumlatorem optimum depingere vellet, cuius sapientiae omnia instituta bona adscriberet, aliter fieri non poterat quin primo civitatis ortu eum vixisse praedicaret; quomodo velut homo fabulosus atque heroicus fieret, cui omnes virtutes eo facilius tribui possent.

CAPUT NONUM.

DE PEREGRINORUM EXPULSIONIBUS

In capite decimo quarto Xenophon exponit suis temporibus Lycurgi leges nequaquam iam coli, sed neglectas iacere. Antehac enim Spartanos domi victu modico et humili uti quam harmostas fieri atque adulationes audire maluisse; eos prius timuisse ne auri possessores deprehenderentur, nunc autem divitias iactare.

§ 4. ἐπίσταμαι δὲ καὶ πρόσθεν τούτου ἕνεκα ξενηλασίας γιγνομένας καὶ ἀποδημεῖν οὐκ ἐξόν, ὅπως μὴ ῥᾳδιουργίας οἱ πολῖται ἀπὸ τῶν ξένων ἐμπίμπλαιντο.

Priusquam autem haec verba accuratius considerabo, inquirere mihi in animo est in peregrinorum expulsiones atque explorare quaenam alii scriptores de hac re tradiderint.

Ex Theognidis verbis, qui sic cecinit:

Ἦλθον...
Σπάρτην τ' Εὐρώτα δονακοτρόφου ἀγλαὸν ἄστυ·
Καὶ μ' ἐφίλευν προφρόνως πάντες ἐπερχόμενον. [1])

Spartanos in peregrinos se inhumanos praebuisse profecto non apparet.

Nec quicquam de tali acerbitate Herodotus nos docet. Nam quod ephori Maeandrium, qui cives pecunia temptabat, ex civitate expulerunt, Xenelasiae tamen exemplum me quidem iudice afferri non potest; [2]) etenim semper et ubique talis peregrinus ingratus expulsus esset. [3]) Ex

1) vs. 785.

2) Her. III. 148. Wachsmuth l. c. I. 1. § 42 A. 89 et Greenidge l. c. p. 101 hanc narrationem Xenelasiae exemplum ducunt. Beloch l. c. I. 1 p. 282 hunc locum afferens, dixit: „Unliebsame Ausländer wurden hier ohne weitere Umstände abgeschoben". Plura ex hoc loco colligere profecto non licet.

3) Schoemann-Lipsuis l. c. I. p. 282: „Darin taten die Spartaner

contrario multa hospitii testimonia ostenduntur; Pisistratidas, ut hoc exemplo utar, et Spartanos hospitium coniunxit. [1])

De regum potestate agens Herodotus tradidit: καὶ προξείνους ἀποδεικνύναι τούτοισι (sc. regibus) προσκεῖσθαι τοὺς ἂν ἐθέλωσι τῶν ἀστῶν. [2]) Peregrini igitur Spartae aliquamdiu morari poterant. Alibi narrat in quanto honore Themistocles apud Spartanos fuerit. [3]) Χίλεος ἀνὴς Τεγεήτης, δυνάμενος ἐν Λακεδαίμονι μέγιστον ξείνων dicitur Spartanis suasisse ut in Persas incederent. [4]) Alio ex loco apparet perraro quidem accidisse ut peregrini civitate donarentur, qua ex narratione effici autem posse mihi non videtur ut Spartani ceteros Graecos iniucunde acciperent. [5]) Neglegendum enim non est quinto saeculo talem rem, atque adeo Athenis, inusitatam fuisse. Lampon, unus ex Aeginetarum primoribus, Pausaniae hospes erat. [6])

Thucydides peregrinorum expulsiones quidem commemoravit, quas autem ut consilia bello inita interpretatus est; haec enim legimus: Μεγαρέας μὲν ὅτι ἐάσομεν ἀγορᾷ καὶ λιμέσι χρῆσθαι, ἣν καὶ Λακεδαιμόνιοι ξενηλασίας μὴ ποιῶσι. [7]) In tali tempore hodie quoque accidit ut peregrini expellantur. Quae verba cum iis quae libro secundo narrantur plane concinnant, ubi haec Xenelasiae causa affertur: ὅ μὴ κρυφθὲν ἄν τις τῶν πολεμίων ἰδὼν ὠφεληθείη. [8]).

---

wohl kaum mehr, als was heutzutage manche unserer Staaten tun, in denen die Fremdenpolizei mit argwöhnischer Sorgfalt gehandhabt wird; den übrigen Griechen aber schienen sie darin zu viel zu tun, und wurden deswegen oft gescholten".

1) Her. V. 63. cf. V. 70, V. 91.

2) Her. VI. 57. Beloch l. c. I. 1. p. 282 hunc locum afferens dixit: „Manche Staaten, wie Sparta, nahmen den Schutz der Fremden in eigene Hand, und ernannten zu diesem Zwecke solche öffentliche Gastfreunde aus der Zahl ihrer Bürger".

3) id. VIII. 124.

4) id. IX. 9.

5) id. IX. 33, 35.

6) id. IX. 79.

7) Thuc. I. 144.

8) id. II. 39. cf. Kessler l. c. p. 93: „Den zweifelsohne wirklichen Grund der Spartan. Fremdenvertreibung hat Perikles sich nicht gescheut auszusprechen".

Praeterea tradidit Alcibiadis maiores Spartanorum προξένους fuisse; Spartani igitur peregrinabantur. [1]) Pericles, ne Atheniensibus suspicionem daret: προηγόρευε τοῖς Ἀθηναίοις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὅτι Ἀρχίδαμος μέν οἱ ξένος εἴη, οὐ μέντοι ἐπὶ κακῷ γε τῆς πόλεως γένοιτο,... [2]) Itaque nec Thucydides ignorat Spartanis cum peregrinis hospitium intercessisse.

Haud multa ex Aristophane haurire possumus, quamquam Spartanorum expulsionum mentionem fecit.

In Avibus enim legimus:

ὥσπερ ἐν Λακεδαίμονι
ξενηλατοῦνται καὶ κεκίνηνταί τινες
πληγαὶ συχναὶ κατ' ἄστυ. [3])

Scholiasta adnotat: περὶ τῆς ἐκ Λακεδαίμονος ξενηλασίας Θεόπομπός φησιν ἐν τῇ τρίτῃ καὶ τριακοστῇ· ποτὲ γὰρ ἐκεῖσε σιτοδείας γενομένης ξενηλασία γέγονεν, ὡς Θεόπομπός φησιν. [4]) Quam famem Theopompos sine dubio causam attulit ut expulsiones explicaret. Suidas et Photius hunc locum in usum suum converterunt. De Xenelasia autem plura non discimus.

In Pace haec odiose scripsit:

οἱ δ' ἅτ' ὄντες αἰσχροκερδεῖς καὶ διειρωνόξενοι. [5])

Quem locum scholiasta sic explanavit: ἦσαν δὲ καὶ περὶ τοὺς ξένους ἀπάνθρωποι, καὶ οὐκ ἐξῆν ξένῳ τινὶ ἀεὶ τῆς Σπάρτης ἐπιβαίνειν, ἀλλ' ὡρισμέναις ἡμέραις. [6]) Spartae, qua in civitate belli pericula et Hilotarum seditiones saepissime imminebant, sine dubio interdum accidit ut urbs in custodiam daretur; tunc perbene fieri poterat ut peregrinos certis diebus admitterent, qua ratione custodiam faciliorem redderent.

Platonem comperisse Sparta peregrinos prohiberi eius scripta profecto non demonstrant.

Etenim Hippiam dicentem facit: πολλάκις μὲν οὖν καὶ εἰς

---

1) id. V. 43, VI. 89, VIII. 6.
2) id. II. 13.
3) Aves 1012.
4) Theopomp. fr. 197. F. H. G. I. 311.
5) Pax 623.
6) cf. Suidas s. v. διειρωνόξενοι.

ἄλλας πόλεις ἐπρέσβευσα, πλεῖστα δὲ καὶ περὶ πλείστων καὶ μεγίστων εἰς τὴν Λακεδαίμονα. [1]) Sophistae igitur Spartam petebant. In Theaeteto Socrates rogat: Ἆρα κἂν εἰς Λακεδαίμονα ἐλθών, ὦ Θεόδωρε.... [2])

In dialogo cui titulus Πρωταγόρας nomen translate et ironice usurpatum est, ita ut de vera Xenelasia nihil inde discamus: [3])

In Legibus autem Sparta urbs hospitalis laudatur; Megillus enim: οὐκ, inquit, οἶσθ' ἴσως ὅτι τυγχάνει ἡμῶν ἡ ἑστία τῆς πόλεως οὖσα ὑμῶν πρόξενος. ἴσως μὲν οὖν καὶ πᾶσιν τοῖς παισίν, ἐπειδὰν ἀκούσωσιν ὅτι τινός εἰσιν πόλεως πρόξενοι, ταύτῃ τις εὔνοια ἐκ νέων εὐθὺς ἐνδύεται ἕκαστον ἡμῶν τῶν προξένων τῇ πόλει, ὡς δευτέρᾳ οὔσῃ πατρίδι μετὰ τὴν αὐτοῦ πόλιν. [4])

Cui hic in mentem non venit notissimae narrationis Athenaei de viro Sybaritano, qui in syssitiis interfuit; scripsit enim: Φασὶ δέ τινες καὶ ἄνδρα Συβαρίτην ἐπιδημήσαντα τῇ Σπάρτῃ καὶ συνεστιαθέντα ἐν τοῖς Φιδιτίοις εἰπεῖν· ... [5])

Alibi Cratini versus afferuntur:

ἆρ' ἀληθῶς τοῖς ξένοισιν ἔστιν, ὡς λέγουσ', ἐκεῖ
πᾶσι τοῖς ἐλθοῦσιν ἐν τῇ κοπίδι θοινᾶσθαι καλῶς. [6])

Vox κόπις peregrinorum cenam indicat. Quo in convivio excipiunt: οὐ μόνον τοὺς ἐκ τῆς ἡμεδαπῆς ἀφικνουμένους ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιδημήσαντας τῶν ξένων. [7])

Exstiterunt, qui arbitrarentur eos autem, qui Xenelasiam ita interpretarentur quasi omnes peregrini semper Sparta prohiberentur, modum transiisse, atque contenderent Spartanos id solum spectavisse ne peregrinis certa sedes esset. [8])

---

1) Hippias Maior 281 A.

2) Theaet. 162 B.

3) Protag. 342 B: οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, ἐπειδὰν βούλωνται ἀνέδην τοῖς παρ' αὐτοῖς συγγενέσθαι σοφισταῖς καὶ ἤδη ἄχθωνται λάθρᾳ συγγιγνόμενοι, ξενηλασίας ποιούμενοι τῶν τε λακωνιζόντων τούτων καὶ ἐὰν τις ἄλλος ξένος ὢν ἐπιδημήσῃ, συγγίγνονται τοῖς σοφισταῖς λανθάνοντες τοὺς ξένους, ...

4) Leges 642 B.

5) Athen. IV. 138 D. cf. Bielschowsky l. c. p. 17, qui plures locos affert quibus demonstret peregrinos ad syssitia vocatos esse.

6) Athen. IV. 138 E.

7) Athen. IV. 138 F.

8) Lachmann l. c. p. 166.

Attamen ex Herodoti verbis contrarium efficere posse mihi videor. Tradidit enim olim Deceleae incolas Tyndaridis Helenam investigantibus totam rem narravisse atque eos Aphidnas comitatos esse; quam narrationem fabulosam sine dubio rettulit ut haec commoda explicaret: τοῖσι δὲ Δεκελεῦσι ἐν Σπάρτῃ ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου ἀτελείη τε καὶ προεδρίη διατελέει ἐς τόδε αἰεὶ ἔτι ἐοῦσα, ... [1]) ἀτελείην tributorum immunitatem sonare puto, quae peregrini Spartam incolentes debebant. [2])

Iam Xenophontis ipsius scripta inspiciamus ac inquiramus num quid de hac Spartanorum acerbitate commemoraverit. Incipiam a loco notissimo, ubi Lichas traditur ταῖς γυμνοπαιδίαις τοὺς ἐπιδημοῦντας ἐν Λακεδαίμονι ξένους convivio excepisse. [3]) Hic igitur contrarium profecto apparet. Haud aliter res se habet in Convivio ubi Socratem Calliae dicentem facit: ἐρευνητέον δὲ καὶ ποῖα Λακεδαιμόνιοι ἀσκοῦντες κράτιστοι δοκοῦσιν ἡγεμόνες εἶναι· πρόξενοι δὲ καὶ κατάγονται ἀεὶ παρὰ σοὶ οἱ κράτιστοι αὐτῶν. [4]) De Agesilao audimus: καὶ γὰρ τῷ μὲν πατρὶ αὐτοῦ Ἀρχιδάμῳ ξένοι ἦσαν οἱ περὶ Ποδάνεμον, καὶ τότε τῶν κατελκυσθέντων ἦσαν. [5]) Neque Xenophon igitur ignorat Spartanis cum peregrinis usum fuisse.

---

1) Her. IX. 73. Stein adnotavit: „ἀτελείη, Freiheit von den Abgaben denen der Fremde als solcher unterworfen war.... In diesem Falle war namentlich die Atelie kaum mehr als eine ehrenvolle Formel, da die Dekeleier wohl schwerlich in Sparta Verkehr trieben". Nempe Stein Xenelasiae antiquitus traditam interpretationem retinens haec verba ita explicavit.

2) Boeckh, Staatshaushaltung der Athener I p. 445 de peregrinis in urbibus habitantibus agens caute dixit: „was (sc. peregrinorum sedes certa) in Sparta gar nicht oder mit sehr groszer Beschränkung der Fall war", inscriptionem afferens qua id demonstraret; eo enim auctore hac in inscriptione ἐφέστιοι nominantur qui tributa ad bellum gerendum offerunt (C. I. G. 1511.) Attamen nunc inter viros doctos satis constat ibi vocem Ἐφέσιοι legendam esse (I. G. A. 69, I. G. V. 1. 1, Ditt. Syll.[3] 84) qua igitur argumenti loco non iam uti possumus.

Locum ex Syriano, quem Trieber Q. L. p. 58 affert, temporis posterioris esse arbitror quam qui Spartae metoecos prorsus defuisse comprobet. Syriani temporibus ad Xenelasiae memoriam tradendam theoreticorum auctoritas, de qua paulo inferius agam, iam multum potuerat.

3) Mem. I. 2. 61. 4) Conv. VIII. 39. 5) Hell. V. 3. 13.

Ex locis quos attuli statuere iam licet Xenelasiae propositum non fuisse ut semper peregrinos Sparta prohiberent. Nullus scriptor ante saeculum quartum talis rei mentionem facit. Neque Xenophon hoc in libello contendit has expulsiones suis diebus iam valere, sed exponit eas olim, Lycurgi temporibus, factas esse. Attamen antiquitate profecto non accidit ut peregrini arcerentur. Immo tunc Spartani viros ingeniosos, poetas et statuarum artifices ad se advocabant, atque multi peregrini sapientia vel arte excellentes ibi diu morabantur. Cui enim Tyrtaeus, Alcman, sculptores Cretenses ante oculos non veniunt, omnes eo allecti? [1]) Mihi probabilius fit illas ξενηλασίας consilia significare, quae Spartani interdum inierunt ut bello instanti peregrinos prohiberent atque belli apparatum occultarent. Praeterea quod apud scriptores meliores vox ξενηλάσιαι pluralis tantum invenitur sane comprobat eas consilia militaria, peregrinorum expulsiones, quae interdum fiebant, indicare. [2])

Quae Xenelasiae definitio cum iis, quae Plato in Legibus tradidit, egregie concinnat; postquam enim praecepta dedit quomodo peregrinos exciperent sic scripsit: τούτοις δὴ τοῖς νόμοις ὑποδέχεσθαί τε χρὴ πάντας ξένους .... τιμῶντας ξένιον Δία, μὴ βρώμασι καὶ θύμασι τὰς ξενηλασίας ποιουμένους, καθάπερ ποιοῦσιν νῦν θρέμματα Νείλου, μηδὲ κηρύγμασιν ἀγρίοις. [3]) Quibus verbis κηρύγμασιν ἀγρίοις sine dubio ad Spartanorum Xenelasias spectavit. Quodsi vox ξενηλάσιαι hanc vim habeat,

---

1) Aelianus V. H. XII. 50: μετεπέμποντο ξένους ἄνδρας, οἷον ἰατροὺς ἢ [καθαρτὰς] κατὰ πυθόχρηστον. Μετεπέμψαντό γε μὴν Τέρπανδρον, καὶ Θάλητα, καὶ Τυρταῖον, καὶ τὸν Κυδωνιάτην Νυμφαῖον, καὶ Ἀλκμᾶνα (Λυδὸς γὰρ ἦν). cf. Ed. Meyer, G. d. A. II. § 358: „Durch das Sparta des siebenten Jahrhunderts geht, so weit wir es kennen, ein grosser, frischer Zug.... Wie Sparta an der Colonisation theilnimmt, finden fremde Sänger gastliche Aufnahme, das ionische Epos, die aeolische Musik dringen ein, eine eigene Literatur entwickelt sich (Alkman, Kinaethon), an den Festen entfaltet sich ein reiches und heiteres Leben". cf. Perrot-Chipiez, Histoire de l'art VII p. 312, VIII p. 426, IX p. 511.

2) Göttling, Gesammelte Abhandlungen aus dem classischen Altertume I p. 323.

3) Leges 953 E.

quam supra indicavimus, bene intellegi potest eas κηρύγμασιν pronuntiari. Quod Aegyptiorum quoque ξενηλασίας commemoravit etiam demonstrat has expulsiones, sicubi fierent, non eo pertinere quod hac in civitate omnes peregrinos semper prohiberi.

Aeliano auctore Apolloniae quoque fiebant: Ἀπολλωνιᾶται ξενηλασίας ἐποίουν κατὰ τὸν Λακεδαιμόνιον νόμον. Ἐπιδάμνιοι δὲ ἐπιδημεῖν παρεῖχον τῷ βουλομένῳ. [1]) Plura autem de Xenelasia non docet. Praeterea Aelianus scriptor posterior est, qui opinionem iam diu pervulgatam novit.

Quod Spartani dicuntur ἀποδημεῖν vetiti esse eadem ratione explicandum esse censeo; non miramur enim militibus Spartanis interdictum fuisse ne libere ex patria excederent. [2])

Xenophon autem hoc in libello de his rebus plane aliter iudicavit. Dixit enim quondam ξενηλασίας factas esse et legibus sanctum esse ne Spartani peregrinarentur: ὅπως μὴ ῥᾳδιουργίας οἱ πολῖται ἀπὸ τῶν ξένων ἐμπίμπλαιντο. Quas causas morales apud Xenophontem primum invenimus. Postea Aristoteles, quod ad τοῦ ἀποδημεῖν interdictum pertinet, eandem sententiam ostendit, [3]) atque Plutarchus hac de causa copiose egit, Lycurgum laudibus efferens, qui tam sapiens esset ut non pateretur: τοὺς βουλομένους ἀποδημεῖν καὶ πλανᾶσθαι ξένικα συνάγοντας ἤθη.... Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀθροιζομένους ἐπ' οὐδενὶ χρησίμῳ καὶ παρεισρέοντας εἰς τὴν πόλιν ἀπήλαυνεν.... ὅπως μὴ διδάσκαλοι κακοῦ τινος ὑπάρξωσιν. [4])

Quomodo tandem fieri potest ut scriptores posteriores tales causas morales attulerint?

---

1) Ael. V. H. XIII. 16.

2) Quam causam Isocrates protulit: καὶ γὰρ τὸ μηδένα τῶν μαχίμων ἄνευ τῆς τῶν ἀρχόντων γνώμης ἀποδημεῖν. (Busiris 18).

3) Harpocration s. v. καὶ γὰρ τὸ μηδένα τῶν μαχίμων ἄνευ τῆς τῶν ἀρχόντων γνώμης ἀποδημεῖν: Ἰσοκράτους ἐν Βουσίριδι περὶ Λακεδαιμονίων ταῦτα λέγοντος ῥητέον ὅτι καὶ οἱ τας Λακεδαιμονίων πολιτείας γεγραφότες τὰ ὅμοια εἰρήκασιν· ὁ δὲ Ἀριστοτέλης οὐκ ἐξεῖναί φασι ἀποδημεῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις ὅπως μὴ ἐξίζωνται ἄλλων νόμων εἶναι φίλοι.

4) Lyc. XXVII. cf. IX.

Quod ad τοῦ ἀποδημεῖν interdictum attinet, fuerunt qui hinc explicarent quod ad Aristotelem Platonis auctoritas multum potuerit; [1]) Platonem enim civibus urbium, ubi εὐνομία valeret, gentis non bene rectae commercium damno esse putavisse atque legumlatori vetandum censuisse: τὸ δ' αὖ μήτε ἄλλους δέχεσθαι μήτε αὐτοὺς ἄλλοσε ἀποδημεῖν ἅμα μὲν οὐκ ἐγχωρεῖ τό γε παράπαν. . . . [2])

Quod autem Plutarchus dixit Lycurgum Sparta peregrinos prohibuisse ne morum malorum magistri eo immigrarent Kessler plane aliter explicavit; cuius sententiae originem enim in Agidis novandi consiliis repetivit, quoniam his in disputationibus iisdem fere verbis de peregrinorum expulsionibus agitur, quae etiam a Lycurgo praescriptae esse dicuntur. [3]) Quod mihi probare tamen non possum. Kessler enim hac ratione explanare non potest quod iam Xenophon eandem causam ac Plutarchus protulit; itaque caput decimum quartum tamquam „späterer Zusatz" intellegitur. [4]) Attamen hanc rem aliter se habere arbitror. Iam vidimus Platonem eodem consilio, ne peregrini in civitatem optimam malum inferrent, cives ἀποδημεῖν vetuisse neque eos ἄλλους δέχεσθαι sivisse. Peregrinum solum, qui venit κατά τι δημόσιον ἐξ ἄλλης χώρας excepit, quem δημοσίᾳ recipiendum censuit. Praeterea curandum est ne is, qui venit τῶν παρ' ἡμῖν θεωρῶν ἀντίστροφος ἐξ ἄλλης χώρας, annos natus minor quinquaginta sit, πρὸς τούτῳ δὲ ἀξιῶν τι καλὸν ἰδεῖν τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν διαφέρον ἐν καλλοναῖς ἢ καὶ δεῖξαί τι κατὰ ταὐτὰ ἄλλῃ πόλει. [5])

Alibi praescripsit ut civitas perfectissima procul mari exstruatur, quod nisi ita sit: ἔδει . . . νομοθετῶν θείων τινῶν, εἰ μὴ πολλά τε ἔμελλεν ἤθη καὶ ποικίλα καὶ φαῦλα ἕξειν τοιαύτη φύσει γενομένη· [6]) Socratem Adeimanto roganti civesne hac in

---

1) Kessler l. c. p. 91.

2) Leges 950 A. cf. 949 E.

3) Plut. Agis X, Kessler l. c. p. 93.

4) Quod nuper K. Münscher, Philologus 1920 p. 24 A. 4 denuo refellit. cf. Beloch l. c. II. 2.² p. 22.

5) Leges 953 B.

6) Leges 704 D.

civitate optima, utpote qui urbis voluptatibus non fruantur, neque agros neque domos pulchras neque opes possideant, ἐπικούρους μισθωτούς se arbitrentur, respondentem facit: Ναί, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ταῦτά γε ἐπισίτιοι καὶ οὐδὲ μισθὸν πρὸς τοῖς σιτίοις λαμβάνοντες ὥσπερ οἱ ἄλλοι, ὥστε οὐδ' ἂν ἀποδημῆσαι βούλωνται ἰδίᾳ, ἐξέσται αὐτοῖς, ...[1])

Facile igitur est intellectu Platonis rationes ac placita ad scriptores posteriores multum potuisse nec miramur Plutarchum tales sententias ostendisse. Decebat optimae civitatis cives ἀποδημεῖν vel peregrinos recipere vetari; unde sponte efficitur ut Sparta, cum tamquam civitas pulcherrima depingeretur, hac quoque re optima cogitaretur.

Sed iam Xenophon causas morales attulit cur Spartanis interdictum fuerit ne ex urbe egrederentur neu peregrinos exciperent.

Nonne fieri potest ut Xenophon a Platone haud dissenserit eademque ratione vim peregrinam ac perniciosam arcendam censuerit? Qua in quaestione versantibus nobis locus ex Cyropaedia occurrit, ubi dixit apud Persas legibus sanctum fuisse ne in ἐλευθέραν ἀγοράν unquam tabernarii venirent ὡς μὴ μιγνύηται ἡ τούτων τύρβη τῇ τῶν πεπαιδευμένων εὐκοσμίᾳ, quo loco igitur commendat ut vim malam externam caverent.[2]) Mihi probabilius fit et Xenophontem et Platonem Socratem respexisse, quippe qui sic laudetur: καὶ οὔτ' ἐπὶ θεωρίαν πώποτ' ἐκ τῆς πόλεως ἐξῆλθες [,ὅτι μὴ ἅπαξ εἰς Ἰσθμόν,] οὔτε ἄλλοσε οὐδαμόσε, εἰ μή ποι στρατευσόμενος, οὔτε ἄλλην ἀποδημίαν ἐποιήσω πώποτε ὥσπερ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι, οὐδ' ἐπιθυμία σε ἄλλης πόλεως οὐδὲ ἄλλων νόμων ἔλαβεν εἰδέναι, ἀλλὰ ἡμεῖς σοι ἱκανοὶ ἦμεν καὶ ἡ ἡμετέρα πόλις· οὕτω σφόδρα ἡμᾶς ἠροῦ καὶ ὡμολόγεις καθ' ἡμᾶς πολιτεύσεσθαι, τά τε ἄλλα καὶ παῖδας ἐν αὐτῇ ἐποιήσω, ὡς ἀρεσκούσης σοι τῆς πόλεως.[3]) Theoretici eandem viam inierunt atque contenderunt civitatis bonae civibus nihil ultra urbem suam appetendum neque alienas visere cupiendum esse. Rursus consilia quae Lycurgo supponuntur sine dubio Xenophontis

1) Resp. 420 A. 2) Cyr. I. 2. 3. 3) Crito 52 B.

animo valebant. Verba ὅπως μὴ ῥᾳδιουργίας οἱ πολῖται ἀπὸ τῶν ξένων ἐμπίμπλαιντο Xenophontem theoreticum produnt. Xenophontem addidisse haec omnia: πρόσθεν τούτου fieri intellegere iam possumus. Quo tempore Spartani harmostae exibant Xenophon non iam dicere potuit eos suis temporibus ἀποδημεῖν vetari. Neque Xenelasia, qualem quondam valuisse descripsit, salva nec integra est; observavimus enim Xenophontem scivisse Spartanis cum peregrinis usum fuisse. Denuo ut ita dicam coactus est ut hoc interdictum, ne Spartanis cum finitimis ullum commercium esset, quod sibi pulcherrimum videbatur, in dies longe antecedentes, Lycurgi aetatem auream, referret.

CAPUT DECIMUM.

QUID EX MONUMENTIS SPARTAE EFFOSSIS DE SPARTANORUM INSTITUTIS COGNOSCI POSSIT

In his capitibus perscrutandis vidimus igitur Xenophontem sibi non proposuisse ut hoc libello Lacedaemoniorum reipublicae imaginem plenam veramque depingeret. Instituta ipsa non descripsit, multo magis philosophorum modo ea examinavit ac imprimis de rationibus moralibus, quibus permotus Lycurgus ea dedisset, egit. Praeterea identidem observavimus eum instituta ut omnibus lectoribus nota aut plane omisisse aut breviter obscureque indicavisse. Modo res, quae sine dubio a Spartanorum vita cotidiana deflectebant, narravit, modo rerum, quae Spartae revera valebant, causas ex suis ipsius cogitationibus profectas attulit ita ut in mente nostra falsa quaedam imago exsistat necesse sit. Laudatio continua Spartanorum legum institutorumque est, quae tamquam placita Socratica perfecta adumbrantur, locis communibus, nonnumquam ab argumento ipso alienis, et sententiis ex scriptis rhetoricis receptis abundans, plane λόγος ἐπιδεικτικός. [1]) Quae cum ita sint statuere iam licet hunc libellum ad Spartanorum instituta cognoscenda minimum valere.

1) cf. Habben l. c. p. 50; in p. 63 argumentationem sic conclusit: „eum (sc. hunc libellum) a philosopho, ut virtutes cynicas exponeret, non, ut Bazin vult, a politico Xenophonte... scriptum esse apparet". Habben, Joël secutus, cynicorum auctoritatem mea quidem sententia in maius sustulit. Schenkl, Berl. Phil. Woch. 1908 p. 3 hoc iudicium fecit: „sie ist ein sehr mittelmäsziges Durchschnittswerk sophistisch-rhetorischer Richtung, ein λόγος ἐπιδεικτικός.... Busolt, Griechische Staatskunde I p. 86 scripsit: „Es ist ein idealisierendes Bild, wie es uns auch bei Platon und den Stoikern entgegentritt".

Adhuc ea quae Xenophon his in capitibus tradidit cum iis quidem, quae scriptores priores, ad quos theoreticorum dogmata rationesque iam non valebant, nos docuerunt, comparavimus, omnia autem quae extremis annis Spartae inventa sunt plane negleximus.

Inquiramus igitur num haec monumenta ex saeculis praeteritis relicta nobis Spartae imaginem ostendant, qualem Xenophon descripsit.

Spartae multa vasa et signa eburnea reperta sunt ita ut ea ab ipsa geometrica arte usque ad quartum saeculum persequi possimus. Opus pulcherrimum saeculo septimo oriundum est, quod saeculo sexto deterius iam fieri animadvertimus. Ex colore, forma, lineamentis haec vasa in sex genera dividuntur. [1]) Vasa Spartae autem reperta mirum in modum nobis ea, quae Cyrenaea dicuntur, in mentem revocant. Quam similitudinem viri antiquae artis studiosi alii aliter explicaverunt. Sunt enim qui putent omnia vasa, etiam Cyrenaea, Sparta oriunda esse atque inde magnam vasorum exportationem fuisse, cum alii arbitrentur ea Cyrenis confecta esse. Sed iam diu antequam Britanni hanc testarum multitudinem Spartae effoderunt, viri docti animadverterant vasis Cyrenaeis indicia esse, quae animos Spartam intendebant. Sigma in vase, quod Arcesilai dicitur, repertum serpentis simile, [2]) malum punicum, angues spatium complentes, animalia iuxta vel sub sedem allata, ut his exemplis utar, quae saepe in vasis Cyrenaeis depinguntur, in monumentis Spartanis non desunt. [3]) Hodie autem multis testis Spartae inventis haec similitudo magis iam expressa est. Aves aquatiles cervicibus et cruribus longis vasorum Cyrenaeorum propriae [4])

---

1) Droop, Excavations at Sparta 1908, B. S. A. XIV. p. 30.

2) cf. Klein, Euphronios p. 77.

3) Milchhöfer, Anfänge der Kunst in Grl. p. 181, qui putat ea ex Creta oriunda esse. De Spartanorum monumentis cf. Athen. Mitt. II. 1877 p. 303, 459, tab. XX, XXI, XXII, XXIV, XXV.

4) Puchstein, Kyrenaische Vasen, Arch. Ztg. 1881 p. 215, qui sic conclusit „Ornamentik wie Kompositionsweise der kyrenäischen und rhodi-

in Orthiae simulacris inveniuntur (p. 74) atque lotos modo insigni descripta in vasis Lacedaemoniis quoque nobis occurrit.

Spartae tanta multitudine horum vasorum reperta nonnulli viri docti contenderunt nunc sane negari iam non posse ea ex Sparta exportata esse, inde peregre igitur veniisse.[1])

Inveniuntur autem qui perseverent Cyrenis vasorum officinam fuisse atque ostendant haec vasa monumentis Aegyptiis simillima esse. Etenim in Aegyptiorum monumentis saepe viri domino sedenti tributa et praediorum fructus offerentes repraesentantur, quae illo aspectante penduntur; imaginem igitur ostendunt qualis in Arcesilai vase delineatur. Quibus in monumentis panthera quoque sub sella iacens invenitur. Quam Aegypti vim ex situ facile intellectu sane est.[2]) Quibus autem opponendum est nobis in Spartanorum quoque monumentis saepe animalia iuxta domini sedem iacentia occurrere,[3]) neque signis plumbeis, ad Orthiae templum repertis, pantheras

---

schen Vasen sind einer Metallindustrie nachgebildet die zu kyprisch-phönikischen Werkstätten die alternächsten Bezüge hatte".

1) cf. B. S. A. XIII. p. 135. In B. S. A. XIV. p. 30 Droop gravibus verbis argumentatus est haec vasa Spartae facta esse; atque similiter iudicavit in: The dates of the vases, called Cyrenaic, Journal of Hell. Studies XXX. 1910 p. 1 sqq. In p. 23 legimus: „It is clear that in the 6 century Laconia did a considerable export trade in vases, and therefore it is probable that it was with a view of competition with this trade that some Attic potters began to copy the Laconian style". Putat enim Nicosthenem artifices Lacedaemonios imitatum esse. G. Karo, Jahrbuch des Kaiserl. Deutsch. Archäol. Instituts 1909 p. 115: „Die lakon. Keramik bildet jetzt eine geschlossene Entwickelungsreihe von der geometrischen bis in die hellenistische Zeit. Einheimische Herkunft wird durch aufgemalte Inschriften bezeugt. Die bisher sog. kyrenäische Ware reiht sich in diese Entwickelung nun mit Sicherheit ein als höchste Blütezeit". — Die königl. Vasen-Sammlung zu München Bd. I. 1912 p. 32 „Lakonische Gefässe" tractavit, in quibus vasa Cyrenaea quoque numeravit. Similiter Buschor, Gr. Vasenmalerei p. 119 vasa Cyrenaea Sparta oriunda esse censet.

2) Puchstein, Zur Arkesilaosvase, Arch. Ztg. 1880.

3) cf. Tod and Wace, A catalogue of the Sparta Museum p. 107 fig. 10, p. 103 fig. 2.

nec leones defuisse. Nempe fieri potest ut apud Spartanos quoque Aegyptiorum auctoritas valuerit, quoniam Spartae cum Aegypto commercium fuit. [1]) Praeterea quod in Arcesilai vase silphium penditur argumenti loco affertur quo demonstrent haec vasa Cyrenis confecta esse; silphium apud Cyrenaeos solos magni ponderis fuisse contendunt. [2]) In quo acquiescendum esse mihi non videtur; fieri enim poterat ut artifex Spartanus a viro Cyrenaeo iussus vas effingere talem imaginem delegerit ut emptorem delectaret. Sed quod Sami tales testae inventae sunt quales Cyrenaeae multo magis obstare mihi videtur quominus arbitremur vasa Cyrenaea Sparta oriunda esse. Quae vasa Samia Cyrenis fabricata esse rursus contenderunt, atque id hinc explicaverunt quod Samiis cum Cyrenaeis commercium fuisset. [3]) Hodie autem vasis Spartanis cognitis pari eodemque iure haec vasa Samia Spartana nominare possumus. [4]) Attamen eos, qui dicunt Spartam et Samum et in Etruriam vasa exportavisse, fines transiisse arbitror. [5]) Mihi probabilius fit et vasa Cyrenaea et Lacedaemonia ex eodem initio profecta esse, ac Orientem in utramque partem magnum momentum habuisse.

Orientem enim ad vasa Spartana multum potuisse inter omnes viros artis veteris studiosos constat, sed disputant qua via Orientis genus atque ars Spartam attigerit. Quod multa signa eburnea Spartae inventa [6]) rebus in Lydia repertis [7]) simillima sunt comprobare sane potest hanc Orientalis artis vim per Lydiam artifices Spartanos cepisse. [8]) Mercatores qui Sardes petebant Ephesum praeterire solebant. Neque desunt qui contendant Phoenices per Cyprum orientalium artium opera in Spartam transtulisse atque

---

1) Her. III. 47. cf. Perrot-Chipiez l. c. VIII. 428.
2) Perrot et Chipiez IX p. 491.
3) Boehlau, Aus ionischen und italischen Nekropolen p. 125.
4) e. g. imago quae in tab. X. 9 ostenditur generi Spartano primo similis est.
5) Buschor l. c. p. 116.
6) B. S. A. XII. p. 331.
7) Hogarth, Excavations at Ephesus.
8) Vim Lydiam in Orthiae cultu iam observavimus (p. 75).

demonstrent calceorum Cypriorum formam in monumentis Spartanis usitatam fuisse. [1]) Fieri profecto potest ut Spartani et per Phoenices et per Lydos Orientis artis praecepta didicerint. [2])

Etiamsi non arbitremur vasorum Spartanorum exportationem tantam fuisse ut haec vasa non solum Cyrenis, sed etiam Sami et in Etruria reperta sint, id tamen ea quae Spartae inventa sunt manifesto demonstrant, Spartae vasorum officinam floruisse atque Spartanis indolem ad artem egregiam iudiciumque intellegens fuisse. [3]) Nec miramur: sculpturae enim monumenta relicta nobis Spartae imaginem a multorum nostri aevi historicorum opinionibus, qui Spartam tamquam civitatem fere barbaram ac incultam, cui elegantia prorsus deesset, descripserunt, alienissimam iam ostenderant.

Tum demum cum Spartani magis magisque rei militari studebant opera artificiosa evanuerunt.

Imago igitur, qualem veteris artis monumenta nobis offerunt, ab ea quam Xenophon his in capitibus adumbravit, plane abhorret. Haudquaquam animadvertimus cultum atque humanitatem Sparta prohiberi; usque ad saeculum quintum artem ibi eadem ratione qua in ceteris

---

1) Droop, Journal of Hell. Studies XXX. 1910 p. 32 cf. Thompson, Journal of Hell. Studies XXIX. 1909 p. 304, Hogarth, Jonia and the East p. 37.

2) Hogarth, Some recent archaeological discoveries, Fortnightly Review 1908 p. 598.

3) Tod and Wace l. c. p. 101: „It will be thus seen, that a history of Spartan art cannot be drawn from literary sources. But in spite of their character the Spartans would not seen to have been unartistic". Karo l. c. p. 115 „Wie es denn überhaupt das wichtigste Ergebnis der englischen Grabungen ist, uns eine altlakonische Kultur von ungeahntem Reichtum und Raffinement zu enthüllen". Perrot-Chipiez IX. p. 509: Il paraît démontré par ces fouilles que Sparte a eu de très bonne heure et a gardé fort longtemps une industrie céramique qui fut assez active pour suffire, presque à elle seule, aux besoins de la consommation locale.... Quand les modernes ont commencé à étudier l'histoire de la Grèce antique et qu'ils ont tenté de l'écrire, ils se sont parfois représenté Sparte comme une cité presque barbare, qui... serait restée étrangère au goût et au sentiment de l'art" Deinde multis exemplis allatis contrarium indicat. cf. G. Dickins, the art of Sparta, Burlington Magazine 1908 p. 66.

urbibus crevisse observamus. Scriptores temporis prioris et ea quae Spartae inventa sunt eodem animos adducunt atque Spartanorum civitatem ab ea, quam laudatores quarti saeculi descripserunt, alienam et diversam ostendunt. Xenophontis Λακεδαιμονίων πολιτεία una ex multis libellis eodem consilio scriptis est, [1]) qui omnes hanc memoriam vitiosam tradiderunt. Quoniam autem nunc scimus rerum scriptores et apud gentes feras ac barbaras et apud Spartanos easdem rationes perfectas cogitavisse, intellegimus Spartam hoc modo multis in rebus reipublicae incultae imaginem offerre, cui civitati optimae omnia vitia, quae Athenienses quarto saeculo aegre ferebant, defuerunt. [2]) Quam adumbrationem veritati historicae non congruisse perspicuum est.

---

1) Wilamowitz, Homerische Untersuchungen 1884 p. 273: „Die Grundlage der vulgären Spartan. Tradition ist in jener Zeit 403—350 gebildet". cf. Ed. Meyer, Forschungen I p. 251.

2) Itaque fieri poterat, ut Nillson, die Grundlagen des spartan. Lebens, Klio 1912 p. 308 Spartanorum instituta tamquam veterrima et ex gentium incultarum moribus explicanda describere posset, hoc Xenophontis libello et Plutarchi vita Lycurgi fontibus usus.

q. 81/62

INDEX LOCORUM.

Aelianus
V. H. XII. 43. p. 45.
XII. 50. p. 113 n. 1.
XIII. 16. p. 114.
XIV. 29. p. 44 n. 4.
XIV. 44. p. 45.
Aeschines c. Ctesiph. 175. p. 95.
Aeschylus Sept. 225. p. 88.
Alcaeus Anthol. Lyr. fr. 59 (50). p. 32.
Andocides De myst. 74. p. 95 n. 2.
Antiphon Diels, Frgm. der Vorsokratiker II p. 602 fr. B. 60. p. 48.
Apophtegmata Laconica Lyc. 20 p. 228 B.C. p. 20.
Arrianus Epict. Dissert. I. 17. p. 49.
Aristophanes
Aves 1012. p. 110.
1281. p. 4.
Eccles. 269. p. 53.
322. p. 16.
345. p. 53.
542. p. 53.
565. p. 40.
590. p. 40.
613. p. 23.
636. p. 23, 27.
673. p. 79.
Lysistrate 80. p. 11.
105. p. 19.
620—629. p. 35.
Nubes 103. p. 54.
362. p. 54.
961. p. 62.
992. p. 101.
1029. p. 3.
Pax 621. p. 35.
623. p. 110.
639. p. 35.
Plutus 131. p. 40 n. 6.
146. p. 40 n. 6.
180. p. 40 n. 6.
Vespae 475. p. 4.
557. p. 80.
1158. p. 53.
Aristoteles.
Athen. pol. 43. 4. p. 92 n. 1.
61. 2. p. 92 n. 1.
Hist. Animal VII 587 a 2. p. 10.
VII 588 a 5. p. 10.
Politica 1256 b 24. p. 66.
1263 a 30. p. 28.
1263 b 15. p. 43.
1263 b 40. p. 79.
1265 b 38. p. 98.
1265 b 40. p. 79.
1266 a 34. p. 20.
1266 a 39. p. 41.
1266 b 3. p. 26.
1269 b 12. p. 20.
1269 b 22. p. 13.
1269 b 23. p. 37.
1270 a 11. p. 37.
1270 a 25. p. 26.
1270 b 23. p. 98.
1270 b 35. p. 98 n. 1.
1271 a 9. p. 98 n. 3.
1271 a 26. p. 80.
1271 b 1. p. 67.
1271 b 2. p. 61.
1272 a 13. p. 80 n. 1.
1272 a 36. p. 98 n. 2.
1272 b 38. p. 98 n. 2.

Politica 1272 b 33. p. 80.
1273 a 20. p. 106 n. 3.
1274 b 9. p. 20.
1275 b 10. p. 100.
1293 b 8. p. 106 n. 3.
1293 b 14. p. 106 n. 3.
1294 a 2. p. 89.
1294 b 23. p. 37.
1294 b 27. p. 57, 79 n. 5.
1294 b 30. p. 98.
1299 a 22. p. 52.
1300 a 4. p. 52.
1301 b 2. p. 106 n. 3.
1306 b 28. p. 106.
1306 b 36. p. 37.
1324 b 8. p. 61.
1329 b 7. p. 80.
1329 b 22. p. 81.
1330 a 2. p. 79.
1333 b 6. p. 61.
1333 b 12. p. 61.
1334 b 30. p. 7.
1335 a 23. p. 16.
1335 a 30. p. 17.
1335 a 39. p. 10.
1335 b 12. p. 9.
1336 a 4. p. 58.
1336 a 40. p. 52.
1337 a 11. p. 50.
1338 b 11. p. 61.

Athenaeus Deipnosoph.
IV 138 D. p. 111.
IV 138 E. p. 111.
IV 138 F. p. 111.
IV 139 E. p. 12.
IV 140 C. p. 82 n. 3.
IV 140 E. p. 37.
IV 140 F. p. 37, 82 n. 3.
IV 141 C. D. p. 82 n. 3.
IV 163 E. p. 54.
VI 233 F. p. 33.
VII 278 p. 11.
X 432 D. p. 83 n. 1.
XI 463 E. p. 83 n. 1.
XI 483. p. 53 n. 4.
XIII 566 A. p. 44.
XIII 566 E. p. 14.
XIV 632 F. p. 12.

Cicero Tusc. II 20. p. 71 n. 2.
Tusc. V 27, 77 p. 72 n. 3.

Clemens Alexandrinus Strom.
VI 2. 9. p. 7.
VI 2. 22. p. 10.
VI. 2. 24. 5. p. 23 n. 5.

Critias F. H. G. II. 68. p. 7, 53.

Athen. Deipnosoph.
X 432 D. p. 83 n. 1.
XI 463 F. p. 83 n. 1.

Demosthenes XVIII (pro Coron). p. 275. 9. p. 84 n. 2.
XX 107. p. 99.

Diodorus V 9. p. 80 n. 2.
VII 12. p. 43 n. 5.
XIV 13. p. 90.

Diogenes Laertius
VI 1. 2. p. 70.
VI 5. p. 64.
VI 11. p. 17.
VI 31. p. 54, 66.
VI 103. p. 49.
VI 104. p. 70.
VIII 10. p. 39.
VIII 23. p. 39.

Ephorus
Diod. VII. 12. p. 43.
Strabo 199. p. 59.
302. p. 22, 43, 59.
481 initio. p. 2.
482. 19. p. 2.
483. p. 56 n. 6.
f. Nic. Damasc. fr. 114. 6. p. 25.

Euripides
Andromache vs. 146 p. 34.
153 p. 25.
177 p. 19.
211 p. 34.
451 p. 34.
595. p. 12.
909. p. 19.
Electra vs. 701. p. 34.
1130. p. 39.
Hecabe vs. 596. p. 17 n. 3.
Helena vs. 571. p. 19.
933. p. 25.
1105. p. 15.

Heraclid. vs. 233. p. 17 n. 3.
297. p. 17 n. 3.
Hippolytus 529. p. 15 n. 5.
666. p. 63 n. 1.
Iph. Aul. vs. 509. p. 39.
543. p. 15 n. 5.
Medea vs. 627 p. 15 n. 5.
Phoenissae 536. p. 39.
Supplices 312. p. 88.
Fragmentum 22. p. 16 n. 4.
77. p. 49.
166. p. 49.
187. p. 15 n. 5.
342. p. 49.
345. p. 88.
417. p. 24.
529. p. 9.
559. p. 40.
621. p. 40 n. 1.
629. p. 40.
644. p. 23.
798. p. 16 n. 4.
799. p. 16 n. 4.
870. p. 88.
890. p. 49.
893. p. 49.
970. p. 16.
Harpocration s.v. καὶ γὰρ τὸ μηδένα τῶν μαχίμων ἄνευ τῆς τῶν ἀρχόντων ῥώμης ἀποδημεῖν, p. 114 n. 3.
Heraclides Ponticus
F. H. G. II p. 211
fr. 8. p. 57 n. 2, 59 n. 6.
Herodotus I 65. p. 77, 97.
I 216. p. 21.
II 80. p. 101 n. 4.
II 92. p. 19.
II 167. p. 46.
III 47. p. 121.
III 56. p. 31.
III 101. p. 21.
III 148. p. 31, 108.
IV 104. p. 18 n. 2, 21.
IV 172. p. 21.
IV 176. p. 21.
IV 180. p. 21.
V 5. p. 21.
Herodotus V 6. p. 21.
V 16. p. 21.
V 39, 40. p. 19.
V 49. p. 31.
V 63. p. 109.
V 70. p. 109 n. 1.
V 91. p. 109 n. 1.
VI 57. p. 82, 109.
VI 61. p. 19, 32.
VI 72. p. 32.
VI 79. p. 32.
VI 82. p. 32.
VI 86. p. 32.
VI 103. p. 32.
VII 134. p. 32.
VII 229. p. 65.
VII 231. p. 96.
VIII 124. p. 109.
IX 9. p. 109.
IX 33, 35. p. 109.
IX 41. p. 32.
IX 73. p. 112.
IX 79. p. 109.
IX 80, 81. p. 32.
IX 82. p. 32.
IX 87, 88. p. 32.
Hippocrates
περὶ γυναικείων I 25 p. 8.
περὶ διαίτης ὑγιεινῆς II 6. p. 8, 11.
Aphorismi II 17. p. 57.
Stob. Flor. 101. 22. p. 15 n. 4.
Anonymus *Jamblichus*
Diels l. c.
II 1. p. 638. p. 12.
II p. 633. 7. 1. p. 40.
II p. 632 6. 1. p. 88.
Inscriptiones
C. I. G. 1511. p. 36, 112 n. 2.
2715. p. 52.
Ditt. Syll.[3] 84. p. 36 n. 3, 112 n. 2.
227 a 5. p. 100.
Ditt. Syll.[2] 365 (Ditt.[3] 798) 23. p. 52.
523 (Ditt.[3] 578) 31. p. 51.
553 (Ditt.[3] 589) 18. p. 51.

Inscriptiones
I. G. A. 68. p. 33.
69. p. 36 n. 3, 112 n. 2.
I. G. V 1. 1. p. 112 n. 2.
VI 1. p. 36 n. 3.
Recueil des Inscr. jur. grecques XXIII p. 60— . p. 33.
Isocrates Areop. 35. p. 30.
37. p. 62.
43. p. 64.
Busiris 18. p. 114 n. 2.
Demon. 6. p. 40, 102 n. 5.
16. p. 88.
28. p. 40.
Panath. 41. p. 4.
63. p. 100 n. 1.
115. p. 86 n. 2.
184. p. 37.
188. p. 37.
221. p. 37.
Paneg. 1. p. 102 n. 5.
76. p. 40.
95. p. 93.
Lucianus Anach. XXXVIII p. 71 n. 2, 72 n. 3, 4.
Cyn. XVII. p. 54.
Lysias c. Alcib. I. 7. p. 95 n. 4.
I. 9. p. 95 n. 3.
Macrobius Sat. V. XVIII. 16. p. 55.
Nicolaus Damascenus
F. H. G. fr. 102. p. 59 n. 5.
109. p. 22.
111. p. 22.
114. p. 96.
114. 6. p. 25.
114. 13. p. 97.
115. p. 55.
123. p. 22, 27, 43.
Pausanias III 14. 8. p. 72 n. 3.
III 16. 10. p. 70 n. 5.
Plato
Alcibiades I 122 D. p. 36.
339 A. p. 6.
Alcibiades II 149 A. p. 37.
Convivium 173 B. p. 54.
Critias 110 C. p. 42.
Plato
112 B. p. 78 n. 4.
Crito 52 B. p. 116.
Hippias Maior 281 A. p. 111.
283 B. p. 37.
Minos 320 A. p. 104 n. 2.
Phaedrus 229 A. p. 54.
Protagoras 323 A. p. 104 n. 2.
342 B. p. 111 n. 3.
342 C. p. 4.
Theaet. 162 B. p. 111.
Leges 625 B. p. 83.
625 E. p. 78 n. 4.
628. p. 61.
630 D. p. 61.
630 E. p. 104 n. 2.
631 E. p. 7.
633 A. p. 81.
633 B. p. 53, 61, 67.
633 E. p. 68 n. 3.
634 D. p. 89.
636 B. p. 80.
642 B. p. 111.
662 C. p. 42.
666 E. p. 68.
688 B. p. 104 n. 2.
691 E. p. 97.
696 B. p. 37.
705 A. p. 115.
705 B. p. 42.
712 D. p. 91 n. 4.
721 A. p. 7.
729 A. p. 42.
731 A. p. 64.
736 D. p. 42.
739 C. p. 24, 42.
741 E. p. 42.
742 A. p. 41.
742 C. p. 26.
743 D. p. 42.
744 E. p. 42.
754 D. p. 42.
757 A. p. 42.
762 E. p. 88.
763 B. p. 66.
770 D. p. 104 n. 2.
772 D. p. 16.
774 D. p. 26.

Leges 780 B. p. 78.
783 B. p. 7.
785 B. p. 16.
789 E. p. 9.
801 B. p. 42.
806 A. p. 13, 14.
806 E. p. 78 n. 4.
808 E. p. 62.
829 C. p. 95.
831 C. p. 42.
837 C. p. 13.
844 B. p. 83.
845 D. p. 65.
878 E. p. 102.
879 C. p. 102.
914 D. p. 102 n. 1.
932 B. p. 102 n. 1.
935 C. p. 102 n. 1.
942 D. p. 54.
949 E. p. 115 n. 2.
950 A. p. 115.
950 E. p. 102 n. 1.
953 B. p. 115.
953 E. p. 113.
961 A. p. 65.
964 B. p. 65.
Resp. 146 D. p. 41.
371 B. p. 41.
420 A. p. 116.
421 E. p. 41.
422 D. p. 41.
423 C. p. 24.
425. p. 24.
449 C. p. 24.
450 C. p. 19.
457 C. p. 23.
464 B. p. 24.
464 E. p. 41.
466 C. p. 24.
497 B. p. 24, 42.
499 D. p. 24.
545. p. 42.
547 D. p. 46.
548 A. p. 42.
548 B. p. 89.
548 C. p. 85.
550 E. p. 41.
558 D. p. 83.

Plutarchus
Agis X. p. 115.
XXX. p. 96.
Arist. XVII. p. 71.
Comp. Lyc. et Numae III. p. 14.
Inst. Lac. 239 D. p. 71 n. 2.
Lyc. IX. p. 114.
XII. p. 82.
XIV. p. 9.
XV. p. 20.
XVI. 25. p. 50, 53.
XVI—XX. p. 50.
XVII. 15. p. 52.
XXVI. p. 100 n. 1.
XXVII. p. 114.
Pollux Onom. IX. 74. p. 38.
Polybius VI. 45. p. 44.
Pythagorei
Diels l. c. I 289 D. 8, 209. p. 16, 17.
I 287 D. 8. p. 57.
Diog. Laert. VIII 10. p. 39.
VIII 23. p. 39.
Scholia
Lycophr. 1331. p. 76 n. 2.
Pind. Ol. 354. p. 76 n. 2.
Seneca De prov. IV 11. p. 71 n. 2.
Sophocles, Antigone
vs. 295. p. 39.
675. p. 88.
Stobaeus Flor. 29. 65. p. 69.
43. 76. p. 94.
43. 82. p. 64.
43. 89. p. 87.
101. 20. p. 57.
101. 21. p. 58.
101. 22. p. 15.
Strabo Geogr. 199. p. 59.
250. p. 22.
302. p. 22, 43, 59.
449. p. 11.
481 initio p. 2.
482. 19. p. 2.
483. p. 52, 56 n. 6.
Suidas s. v. διειρωνόξενοι p. 110 n. 6.
Tertullianus ad Mart IV. p. 71 n. 2.
Theognis 785. p. 108.

Theopompus fr. 197. p. 110.
Thucydides I 6. p. 35.
I 6. 4. p. 56.
I 70. 8. p. 61.
I 80. 4. p. 35.
I 109. p. 36.
I 121. 3. p. 36.
I 123. p. 36.
I 129. p. 36.
I 132. p. 89.
I 137. p. 34.
I 141. p. 36.
I 144. p. 109.
II 8. p. 90.
II 13. p. 110.
II 37. p. 3, 36, 88.
II 39. p. 61, 109.
II 43. 6. p. 93.
II 46. p. 65.
IV 26. p. 36.
V 15. p. 36.
V 34. p. 36.
V 43. p. 110.
V 67. p. 36.
V 68. p. 5.
VI 89. p. 110 n. 1.
VII 75. p. 77.
VIII 6. p. 110 n. 1.
Xanthus F. H. G. fr. 28. p. 22.
Xenophon
Ages I 27. p. 87.
II 8. p. 64.
VII 1. p. 87.
IX 6. p. 30.
XI 3. p. 94.
XI 7. p. 102.
XI 14. p. 102.
XI 7, 9, 14. p. 31.
Anabasis IV 6. 14. p. 60, 105 n. 2.
Convivium II 16. p. 85.
II 22. p. 11, 85.
VIII 39. p. 112.
Cyropaedia I 2. 2. p. 51.
I 2. 3. p. 116.
I 2. 4. p 15.
I 2. 8. p. 87, 58.
I 2. 9. p. 62, 66.
I 2. 10. p. 56.
Cyropaedia I 2. 11. p. 59.
I 2. 13. p. 51.
I 2. 14. p. 101.
I 3, 4. p. 59.
I 5. 12. p. 69.
I 6. 17. p. 59.
II 1. 28. p. 85.
II 3. 8. p. 64, 87.
VII 5. 80. p. 69.
VIII 1. 2. p. 87.
VIII 1. 34. p. 66.
VIII 1. 36. p. 56.
VIII 1. 38. p. 84.
VIII 1. 42. p. 62.
VIII 7. 10. p. 101.
Hellenica II 1. 1. p. 53.
III 3. 5. p. 104.
III 3. 6. p. 104.
IV 5. 4. p. 56.
V 3. 13. p. 112.
V 3. 17. p. 81.
VII 1. 8. p. 61, 87.
Hiero IX 10. p. 94.
Memor. I 2. 61. p. 112.
I 3. 5. p. 58.
I 5. 1. p. 84 n. 2.
I 6. 2. p. 55.
II 1. 6. p. 56.
II 2. 4. p. 17.
II 3. 10. p. 101.
II 6. 32. p. 58, 104.
II 6. 23. p. 43.
III 4. 8. p. 94.
III 5. 15. p. 65, 101.
III 5. 21. p. 86.
III 12. p. 65.
III 13. 2. p. 58.
IV 4. 15. p. 86.
IV 4. 23. p. 17.
IV 5. 4. p. 58.
Oeconom. IV 2. p. 46.
IX 13. p. 94.
X 11. p. 9, 11, 85.
XIII 10. p. 94.
XIV 7. p. 94.
XVII 3. p. 56.
XXI 5. p. 87.
Zeno fr. 268. p. 44.

THESES.

I.

Iniuria Müller-Strübing (Neue Jahrbücher f. Philologie und Pädagogik CXVII p. 471 sqq.) et Rühl in Xenophontis Λακεδαιμονίων πολιτεία V. 4. vocem οὐκ tollendam censuerunt.

II.

Λακεδαιμονίων πολιτεία c. XIV a Xenophonte abiudicandum non esse arbitror. (cf. Gemoll, Berl. Phil. Woch. 1920 p. 868).

III.

Xen. Λακ. πολ. V. 8. legatur: ὡς μὴ πόνους αὐτοῖς ἐλάττους τῶν σιτίων γίγνεσθαι.

IV.

Verba ἔφυγον κακόν, εὗρον ἄμεινον et in sacris nuptialibus et in mysteriis pronuntiata spectant ad omnes ritus quibus transitus aliquis significatur (quos van Gennep „rites de passage" vocavit).

V.

Ea quae Herodotus VII. 39. narrat exercitus lustrationem significant.

VI.

Hornstein (Wiener Studien 1918 p. 102), qui apud Xenophontem (Conv. II. 9) inserto vocabulo γνώμην legere vult: ὅτι ἡ γυναικεία Φύσις οὐδὲν χείρων τῆς τοῦ ἀνδρὸς οὖσα τυγχάνει ⟨γνώμην,⟩ ῥώμης δὲ καὶ ἰσχύος δεῖται, antithesin vere Xenophonteam introduxit.

VII.

Livius XXI. 18. 11 si vos non tenent foedera vestra nisi ex auctoritate aut iussu vestro icta, ne nos quidem Hasdrubalis foedus, quod nobis insciis icit, obligare potuit.

Lege: auctoritate patrum.

VIII.

Liviüs XXVII. 31. 8 uni etiam principi Achaeorum Arato adempta uxor nomine Polycratia ac spe regiarum nuptiarum in Macedoniam asportata fuerat.

Lege: quin.

IX.

Livius XXVIII. 27. 6 libenter credam negantibus.

Vocabulum negantibus expungendum est.

X.

Tacitus, Annales XV. 50. Et cepisse impetum Subrius Flavus ferebatur in scaena canentem Neronem adgrediendi, aut cum ardente domo per noctem huc illuc cursaret incustoditus.

Legere vellem: animo.

XI.

Ovidius, Metamorphoses XIII. 491.

Osculaque ore tegit consuetaque pectora plangit

Omnino lectio legit recipienda est.

XII.

Quod in ludis Capitolinis Sardi venales venibant. Festus (ed. Lindsay p. 428) iniuria ex causis historicis explicavit.

XIII.

Syssitia zijn overal in de Oude Wereld een militaire en niet een sociale instelling geweest.

XIV.

Ten onrechte ziet men in hetgeen Xenophon Resp. Lac. c. VI meedeelt sporen van gemeenschappelijk bezit in Sparta.

XV.

De door Glotz (Daremberg-Saglio s. v. Expositio) aangehaalde plaatsen bewijzen niet dat het te vondeling leggen van kinderen, geboren uit een wettig huwelijk, een algemeen voorkomend gebruik is geweest in Griekenland.

XVI.

De gronden die Ed. Meyer, G. d. A. II § 73 aanvoert om te bewijzen dat de naam der godin Athene van de stad afgeleid is, zijn niet afdoende.